BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
32
5 B
8
ROMA

DELICIAE ERVDITORVM.

DELICIAE
ERVDITORVM
SEV
VETERVM
ANEKΔOTΩN
OPVSCVLORVM
COLLECTANEA

IO. LAMIVS

...git, illuſtravit, edidit.

FLORENTIAE. MDCCXXXVIII.
Ex Typographio PETR. CAIET. VIVIANI
Ad Inſigne D. THOMAE AQVINATIS.

Cum adprobatione.

NICETAE HERACLEENSIS

IN EPISTOLAM I. AD CORINTHIOS

ENARRATIONVM

PARS I.

AMPLISSIMO ET REVERENDISSIMO
D. D.
IO. FRANC. STVPPANIO
MARCHIONI
ARCHIEPISCOPO CORINTHI
PONTIFICIS MAXIMI
APVD SERENISSIMVM
MAGNVM ETRVRIAE DVCEM
ORATORI
LEGATI DE LATERE
AVCTORITATE FVNGENTI &c. &c. &c.
IO. LAMIVS
DEDICO CONSECROQVE.

SI quis vetuſta nobilitate praeclarus, parta a ſe maioribuſque

ſuis gloria percelebris, doctrina inſignis, dignitate praecipuus, humanitate ſingularis, qui meum hunc Libellum favore tueretur, ac praeſidio protegeret, a me prudenter eligendus fuerat, PRAESVL AMPLISSIME; ad TE unum in primis animum advertere debui, & meam hanc TIBI lucubrationem conſecrare, qui laudibus illis omnibus, ac praeconiis, mirabiliter fulges atque emines. Quem enim lateat STVPPANIAM GENTEM clariſſimam, quum patriam Novum Comum Viris virtute conſpicuis antiquitus auxiſſet, & rebus domi bellique praeclare geſtis decoraſſet, Mediolanum non adeo a nobis remotiore aetate tranſlatam, avitae religionis amore, liberalium diſciplinarum patroci-

nio & ornamentis, honore munerum publicorum, potentia, opum vi, & ſi qua ſunt alia, quae gentem inclitam & ſpectatiſſimam efficiant, decora, longe lateque nobilem & celeberrimam praeſtitiſſe? Sed quum

Et genus, & titulos, & quae
non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra vocem;

Tv vere illuſtris, & magnus, & laudibus uſque ferendus, qui omnium oculos in TE convertens immenſo virtutum Tuarum ſplendore praeſtringis: nam vi ingenii vivida praeditus, & grandia ac ſublimia animo capaci complexus, vitam per egregias artes excoluiſti; & talem TE ſcientiae opinione, prudentiae cenſu, iudicii maturitate, gravitate morum, exhi-

buiſti, ut TE Roma acris, & perſpicax, meritorum aeſtimatrix Corinthiae Eccleſiae Archiepiſcopum renunciaverit, & ad praeſtantiſsimos Eccleſiaſticae Reip. Magiſtratus obeundos iure optimo elegerit. Nec eam quidem ſpes fruſtrata eſt, quum TE ſupremi in religionis negotio Cenſoris officio egregie laudabiliterque fungentem Melite inſula, & Ieroſolymitanorum Equitum eminentiſsimus Ordo, ſubſpexerit; & nunc TE non minus magnificum & ſapientiſsimum Pontificis Maximi Oratorem Etruria tota demiretur; & veluti coelo delapſum praeſenſque Numen, fama tantarum laudum praecurrente, huiuſmodi munera obiturum reliquae nationes deſideranter exſpe-

ctent. Quae tanta principia fortuna conſequutura ſit, & qua labores adeo glorioſos mercede cumulatura, alii omnes facilius conjectaverint, quam ipſe verbis luculentis expreſſerim ; quum maxime adſentationem nec Tua modeſtia requirat; nec mei mores, ac vitae inſtitutio, huiuſmodi me blandimenta ſectari patiantur. At licet haec omnia ita habeant, & Tv ſis ornamentis eximiis, & ſublimibus dignitatibus, admirandus ; non haec ſola tamen ad TVAE AMPLITVDINI volumen hoc dedicandum impulerunt ; ſed duo alia potiſſimum ad tutelam Tuam patrociniumque ſperandum & implorandum illecebris attraxere potentibus : quorum unum eſt, Tuae ſingularis humanitatis, & erga me

be-

benevolentiae, experimentum certiſſimum; alterum, quod ea meus hic Libellus complectitur, quibus TE, Eccleſiae tuae Antiſtitem amantiſſimum, blande quis capere poſſit, ac facillime demereri. Quum enim TV Corinthi Archiepiſcopus ſis, Epiſtolae a Paulo Apoſtolo Corinthiis primum ſcriptae Enarrationes hic continet; & praeclara dilectae Eccleſiae initia, virtutes, praeconia, Tuis oculis ſubiicit. Quid quod brevem ac compendiariam Corinthiae Eccleſiae hiſtoriam, ab eius principio ad proximiores aetates uſque deductam, TIBIQVE, PRAESVL EXCELLENTISSIME, elaboratam, nonnulla ſedulitate contexui, & laudatis Enarrationibus apte concinneque praefixi? Quid quod Ni-

cetae Heracleenſis Metropolitae Commentationes Graecas inedi-tas TIBI, Graecae Eccleſiae pariter Antiſtiti, & eius Συμμητροπολίτη, nuncupo, atque obſero? Indictum, ne nimius videar, reliquerim, CLAVDII GVISII Cardinalis a Lotharingia, XII. Interrogationes, & totidem Graecae Eccleſiae ad eas Reſponſiones, in primis optabiles, operi opportune a me inſertas fuiſſe, ex quibus & hodiernae Eccleſiae Tuae fidem & placita perſpicue deprehendas; & tuendis ſtabiliendiſque Romanae Eccleſiae, cuius TV negotia procuras ac promoves, decretis praeſidia maxima conſequaris. At quid ego TE, fautorem litterarum facilem, atque munificum, & Eccleſiaſticae eruditionis a-

mantiſſimum, ſolicito pluribus? quum iam TE videre videar, comi ac ſereno vultu munuſculum meum excipientem, & ſi minus rei tenuitatem, animum certe, & erga TE obſequium & venerationem meam, probantem, qui dum me AMPLITVDINI TVAE addictiſſimum ſincere & ingenue profiteor, ut TE noſtri ſaeculi decori, & eruditorum hominum felicitati, diu ſoſpitem ſervet, DEVM OPT. MAX. enixe precor ac rogo. Vale. Dabam Florentiae Kal. Aug. A. R. S. MDCCXXXVIII.

CAN-

CANDIDO LECTORI

IO. LAMIVS S. D.

NICETAS *cognomento* SERRONIVS (*unde ignorantia & oſcitantia Librariorum, Serrarum Epiſcopum dictum fuiſſe cenſet* Caſ. Oudinus) *magnae Eccleſiae Conſtantinopolitanae primum Diaconus, & Magiſter, deinde Heracleae in Thracia Archiepiſcopus, claruit anno MLXX. aequalis Theophylacto, cuius ad eum IX. Epiſtola ſcripta eſt. Primam eius profeſſionem & ſtudia indicare videntur Codices MSS. in quibus paſſim* Philoſophus *adpellatur; ex quo contigit, ut multi eum cum Niceta Davide Paphlagone,* Rhetore & Philoſopho *pariter dicto, & ſaeculo Eccleſiae IX. percelebri, male confuderint; quod recte* Leo Allatius Diatriba De Pſellis *animadvertebat. Hic ſui ſaeculi indolem ſequutus in divinarum Scripturarum expoſitionem totus incubuiſſe videtur, & quidem*

non

non tam ſua proprio, ut aiunt, Marte commentando, quam aliorum enarrationes carptim colligendo, conſerendoque in catenae morem, doctorum & perutilium centonum eruditiſſimus auctor. Inter multos & diverſos huiuſmodi commentarios non ultimum certe locum merentur in omnes Pauli Apoſtoli Epiſtolas Expoſitiones, quae ex plurium quidem SS. Patrum dictis conflatae. Nicetae *noſtri quoque ſententiam non minus continent, initio ſemper interpretationum exhibitam. Itaque, quum harum Expoſitionum Codicem MS. inſignem, ut eum* Whil. Langius *vocat, in celeberrima Bibliotheca Laurentiana offendiſſem, earum ſpecimen Reip. Litterariae praebere animum induxi; & ex iis Enarrationem in Epiſtolám I. ad Corinthios elegi, quam typis deſcriptam in vulgus proderem; & id quidem duabus de cauſſis potiſſimum. Primo, quia quum Praeſul Ampliſſimus, cui hoc volumen nuncupare auſus ſum, mearum* Deliciarum *editionem ſuo quodammodo patrocinio dignatus eſſet, & ei in meae venerationis argumentum horum voluminum aliquod dedicare meditarer, nullam aliam libri materiam ei gratiorem fore arbitratus ſum, quam quae Corinthiam Eccleſiam attineret, cuius ille Archiepiſcopus eſt. Secundo vero ſuccurrebat, ſi* Nicetae *in hanc Pauli Epiſtolam Commentationes edidiſſem, non modico labore me levatum iri, ſcholiis ſcilicet adſcriptis eas i-*

dem-

demtidem illuſtrandi, quum iam librum De Eruditione Apoſtolorum *inſcriptum in anteceſſum publici iuris fecerim, in quo multa docentur & diſſeruntur, quae aut lucem maximam iis foenerari; aut praeclariter dicta, rataſque ſententias, mirabiliter confirmare, poſſe videantur. His igitur de cauſſis Enarrationes has Latine verti, & quidem ut potui; quum aut ſcriptio Codicis minus interdum emendata; aut litterarum nexus & complexiones intellectu difficiles; aut conciſus & abruptus loquendi modus, & qui tractim ad Apoſtoli verba, & tenui ſaepe indicio, referatur; lucidam ac perſpicuam interpretationem mihi crebro negaverint, & in ea iuxta ac in Graeco contextu lacunas quasdam biare non ſemel profecto coegerint. Eccleſiaſtici Scriptores, ex quorum dictis ſuam hanc catenam* Nicetas *conficit atque connectit potiſſimum, ſunt,* Severianus, Theodoretus, Dionyſius Areopagites, Ioannes Chryſoſtomus, Oecumenius, Gregorius, Euſebius, *aliique; quorum nomina in medio Codicis MS.* κειμένῳ *adponuntur, & in ora quoque libri indicantur, & ex quibus alias prorſus ignota ab eo interdum proferuntur. Ceterum, ut iam innui, adnotationes valde paucas praedictam ob cauſam adſcripſi: quum inſuper dicta illa & expoſitiones Patrum, Epiſtolam I. ad Corinthios enarrantium, apertae ſint, ac perſpicuae, & quae huiuſmodi ſcholiis vix indigeant.*

geant. Codex hic MS. ſaeculo XII. niſi ſaeculo XIII. malis, exaratus eſſe videtur, & de eo loquutus ſum memorato opere De Eruditione Apoſtolorum Cap. XIII. Sect. I. §. IX. num. LXXII. *ac in* Prologo Galeato in I. Partem Chronici Leonis Vrbevetani; *eiusdemque meminit, ut dixi,* Wilh. Langius *in* Catalogo Codicum MS. Bibliothecae Mediceae Laurentianae, *in fine* Prodromi Litterarii Pet. Lambecii *edito; & ex eo, ut videtur,* Caſ. Oudinus De Scriptor Eccleſ. ad annum MLXX. *Eius initium ita habet:* Ἐξήγησις τοῦ μακαριωτάτου μητροπολίτου Νικήτα Ἡρακλείας εἰς τὰς ἐπιστολὰς τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ Ἀποστόλου. Ἀρχὴ τῆς πρὸς Ρωμαίους πρώτης ἐπιστολῆς αὐτοῦ. *Interpretationis autem exordium eſt:* Τὸ ἀποῦσι γράφειν, αἴτιον τοῦ κεῖσθαι αὐτὸν τὸ ὄνομα *&c. Finis vero Codicis talis:* Εἰ μὴ μερίσαμεν εἰς τὴν εὐεργεσίαν τοῦ θεοῦ ἁμαρτάνοντες καὶ ῥαθυμοῦντες. Πρὸς Ἑβραίους ἐγράφη ἀπὸ τῆς Ἰταλίας διὰ Τιμοθέου. στίχων ψ'. *Animadvertendum tamen eſt in titulo operis illud* Νικήτα *diverſa manu ſcriptum videri, & poſitum quidem eſt ſupra lineam inter* μητροπολίτου *&* Ἡρακλείας. *Multa alia ſcripſit* Nicetas, *quorum catalogum heic breviter ſubiiciemus,* Oudini *in primis veſtigiis inſiſtentes:*

Scholia, ſeu Commentarii in Orationes Sancti Gregorii Theologi.

Com-

Commentarius in Gregorii Nazianzeni Tetrasticha, Monosticha, & Epigrammata.
Expositio carminis sepulcralis S. Gregorii Nazianzeni in S. Basilium Magnum.
Carmen ad S. Angelum.
Hymnus in beatissimam Virginem Deiparam.
Carmen in S. Christophorum.
Iob explicatus Commentariis collectis ex multis. *Hanc Catenam primus Latine edidit* Paulus Comitulus *Iesuita sub nomine* Olympiodori, *sed perperam*.
Explicatio in Psalterium Davidis.
Explicatio in IV. Evangelia ex multis collecta
Explicatio in Acta Apostolorum, & in Epistolas Iacobi, Petri, Ioannis, & Iudae.
Explicatio in Ecclesiasten, & in Canticum Canticorum.
Explicatio in XII. Prophetas.
Catena in Salomonis Proverbia.
Responsiones ad varias quaestiones Nicolai Methonensis.
Responsa ad quaesita Constantini Episcopi.
Solutiones quaestionum quarumdam Canonicarum.
Loci communes.
Epitheta Iovis, Bacchi, Minervae, & aliorum Deorum.

Forte eiusdem sunt, quae sub Nicetae Monachi *nomine habentur, hoc est,*

De Anima liber unus.
De Paradiſo contemplatio.
De Hierarchiis.
Epiſtolae aliquot.

Falſo manifeſte ei tribui videtur a Leon. Allatio Tom. I. Graeciae Orthodoxae, Refutatio Epiſtolae ab Armeniae Principe miſſae, ac defenſio Synhodi Chalcedonenſis. *Et a* Caſimiro Oudino, Collectio diverſarum opinionum, & haereſum, cum refutatione ex SS. Patribus. *Id quod iam tempeſtive animadverti in* Prologo Galeato *praefixo primae parti* Chronici Leonis Vrbevetani, *ubi hunc Laurentianum Codicem ſuo vero auctori* Nicetae Choniatae *vendicavi.*

At quum mihi ſemper propoſitum ſit quasdam meis opuſculis illecebras adſpergere, & variarum rerum amoenitate Lectorum faſtidium adlevare; πάρεργα quaedam huic volumini inſerere lubuit, quae quidem & nova, & non iniucunda, fore ſperavi. Huiuſmodi ſunt Interrogationes XII. Claudii Guiſii *Cardinalis a Lotharingia, & totidem* Graecae Eccleſiae Reſponſiones, *a* Zacharia *Cretenſi exaratae, quas in ſcholii morem adnexui, & cauſam, cur id facerem* pag. 69. *declarare non omiſi. Illuc amando, quicumque pluria de hiſce* Interrogationibus *ſcire deſidera t; atque interim obſervare mihi ſufficit in* Reſponſione I. pag. 77.

in-

inſigne Magnetis *de vera Chriſti in Euchariſtia praeſentia teſtimonium proferri, quod quanti faciendum ſit explicari vix poteſt; quum praeſertim eius* Apologia adverſus Theoſthenem *in Bibliothecarum pluteis incognita lateat; & iam nulla venia* Fr. Turrianus *dignus ſit, qui eam legere potuit, & publici iuris facere ſuperſedit, ne indicato quidem loco ubi exſiſtit. Inſuper animadverto, non facile liquere cur Cardinalis ille Reverendiſſimus,* Claudius *in earum inſcriptione nominetur; aut ſaltem quis ſit* Claudius *ille Cardinalis a Lotharingia. Quum enim ſex Cardinales a Lotharingia mihi innotuerint, nullus inter eos occurrit, qui* Claudius *adpellatus fuerit. Primus quidem mihi occurrit* Ioannes, *Tullenſis Epiſcopus, & Cardinalis, anno MDL. fato functus. II.* Carolus, *Tullenſis & Verodunenſis Epiſcopus, & Cardinalis, qui anno MDLXXVII. naturae conceſſit. III.* Carolus, *Metenſis & Argentoratenſis Epiſcopus, & Cardinalis, qui anno MDCVII. diem ſupremum obiit. IV.* Carolus Guiſius, *Remenſis Archiepiſcopus, & Cardinalis, anno MDXXIV. natus, MDLXXIV. mortuus. V.* Ludovicus Guiſius *Cardinalis anno MDLXXXVIII. interemtus. VI.* Ludovicus Guiſius *Cardinalis, qui anno MDCXXI. diem clauſit extremum. In his Cardinalibus a Lotharingia recenſendis, tabulis Genealogicis uſus ſum, quas nuper eruditus vir* Phil.

Zagrius, *dum Sereniſſimae Lotharingorum Principum Familiae memorabilia quaedam elucubratur, adpoſite concinnavit; nec* Roſerium, *&* Ciacconium, *&* Pallavicinum, *&* Floridum, *alioſque, eodem tempore conſulere ſuperſedi; & tamen nuſquam* Claudius Guiſius *Cardinalis offenditur.* Io. Albert. Fabricius *quidem* Lib. VI. Biblioth. Graecae Cap. X. *Claudium Guiſium Cardinalem adgnoſcit, ſed harum* Interrogationum *titulum, ut videtur, ſine ulteriori inquiſitione ſequutus eſt; ipſe autem celeberrimum illum, & doctrina ac pietate conſpicuum, Cardinalem a Lotharingia eſſe non dubitavi, cuius ſapientia ac Catholicae Religionis zelo praecipue evenit, ut Tridentinum Concilium, re Chriſtiana rite compoſita, tamdem abſolveretur. Eius enim prudentia ac religione dignum viſum eſt, eiuſmodi Interrogationibus Eccleſiae Grecae factis in Chriſtianorum dogmatum veritatem, & Eccleſiarum conſenſum, inquirere, & omniiuges obiices graſſantibus exitialibus ſectis opponere. At is conſtanter ab omnibus* Carolus *adpellatur. Quid ſi pluribus nominibus erat inſignis? An id dudum noſtris moribus receptum non fuit? Cur* Claudius Carolus *vocari non potuit? Cur Graeci a Caroli nomine, ex Barbaric ad Romanos deſcendente, paullum abhorrentes,* Claudium *tantum illum, nomine ſibi notiore, adpellare noluerint? Et quidem in Guiſia ſtirpe quatuor* Claudios *enumero, &*

Clau-

Claudio *nomen erat ei, qui* Renati *Lotharingiae Ducis filius, huic regiae domus propagini initium dedit. Sed ſi minus id verum eſſet, voluptas fuit tamen ex occaſione per auguſtã Lotharingorum Heroum ſeriem excurrere, & Principes magnanimos, Diiſque ſimillimos, contemplari, quorum cretus ſanguine,* FRANCISCVS, *Lotharingiae Rex, Etruriae Imperium non ſine caeleſti numine conſequutus, & Barbaros Chriſtiani nominis hoſtes debellator expugnat, & ſubiectos populos Princeps optimus moderatur ac regit. His* Interrogationibus *igitur &* Reſponſionibus *adnotationes quasdam adſcripſi, id abs re non eſſe ratus, quum praecipue de Eccleſiae Graecae dogmatis in iis agatur, de quorum multis hodie pleriſque liquido non conſtat; & Eccleſiaſtica haec eruditio paulo rarior ſecretiorque videatur. Ceterum iſtae* Interrogationes *in Codice Chartaceo exaratae ſunt, qui* Pluteo K. *Bibliothecae Riccardianae* Ordine I. n. VIII. *exſtat, & in eo alia quoque Graeca opuſcula continentur,* Euſebii *ſcilicet* Pamphili Expoſitio in Canticum Canticorum. Theodoreti Homiliae particulares, & argumenta in Prophetas; & Epiphanii Epiſcopi Cypri; *ut in fronte Codicis recenſentur. Nam hae Homiliae, ſeu Expoſitiones in quosdam Prophetas minores, partim Theodoreti ſunt, partim Epiphanii. Prima itaque eſt Theodoreti in Pro-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

phetam Naum hypotheſis, & enarratio. Secunda eſt brevis Epiphanii in eumdem Prophetam hypotheſis. Tertia eſt hypotheſis & enarratio Theodoreti in Prophetam Abacuc. Quarta eſt hypotheſis Epiphanii in eumdem Prophetam. Quincta eſt hypotheſis & expoſitio Theodoreti in Sophoniam.

At hiſce iisdem Interrogationibus, & Reſponſionibus *quaedam alia praeter meas adnotationes interſerui, & quidem in ſcholii formam, quae ſtudioſi Lectoris animum dulci poſſint voluptate perfundere. Ea ſunt excerpta quaedam ex libello* Nicolai Malaxi De Poenitentia, & Confeſſione, *&* pag. 109. *exhibentur. Quis hic* Nicolaus Malaxus *ſit, me prorſus latet. Nulla eius mentio apud eos, qui* De Eccleſiaſticis Scriptoribus *commentarios prodiderunt, occurrit. Vnum ex operis titulo adparet, & Sacerdotem fuiſſe, & Naupliae Protopapam, id quod noſtro Archipresbytero forte reſpondeat. Eius tamen nomen offendi in Catalogo Auctorum ab* Allatio De Conſenſu utriuſque Eccleſiae *laudatorum, & quidem inter Auctores editos hoc modo*; Nicolaus Malaxus Peloponneſius. *Nauplium enim, ſeu Nauplia, Peloponneſi oppidum eſt, Argi vαύσαθμον celeberrimum. Ipſe profecto alios etiam* Malaxos *invenio, ut* Emmanuelem, *ſeu* Manuelem *ſeniorem, qui pariter patria Peloponneſius erat, & magnae Eccleſiae CP. Rhe-*

Rhetor, & anno circiter MCCCCXL. claruit; nam Caſ. Oudino *credimus, id contra* H. Warthonium *adſerenti; quamquam neſcio qua incuria* Warthonii *opinionem* pag. 69. *amplexus ſum. Invenio etiam* Emmanuelem Malaxum *iuniorem, ſenioris, ut videtur, nepotem, vel abnepotem, pariter Peloponneſium, qui anno MDLXXIV. ſub Amurate III. Turcarum Tyranno floruit. Vterque ſcriptis commentariis celebris eſt, deque iis conſulendi laudati* Warthonius, *&* Oudinus. *Exſtaret etiam* Ioannes Malaxus, *niſi falſus eſſet* Ger. Io: Voſſius Lib. IV. De Hiſtor. Graec. Cap. XIX. *Ioannem vocans, quem* Manuelem Malaxum Iuniorem *dicere debuerat. Quum vero* Nicolaus Malaxus *XVI. ſaeculum attigiſſe non videatur; nam Codex chartaceus eius libelli* De Poenitentia & Confeſſione, *qui in Bibliotheca Riccardiana exſtat,* Plut. S. Ord. II. n. XXX. *ſaeculo XV. exaratus eſt; num* Nicolaus *hic, Manuelis ſenioris filius fuerit? Et quidem poſt Gennadium Scholarium, Patriarcham Conſtantinopolitanum, viiſſe oportet. Nam in ſua Collectione Gennadii quoque Scholarii opuſculum,* Capite XXIX. *collocat: Gennadius autem anno MCCCCLIII. ad ſedem Patriarchalem Conſtantinopoleos a Turcarum Imperatore evectus eſt. Hic opportune obſervandum eſt ex XXXIV. diverſis opuſculis, quae ſuae Collectio-*

ctioni inſerit Nicolaus, *edita fuiſſe quaedam a viro doctiſſimo* Ioanne Morino *in Appendice ſui Tractatus* De Poenitentia, *ut* Caput. IV. *quod quidem prolixius apud eum eſt ; ſed noſtrum licet brevius pluria continet, quae in edito a* Morino *deſunt. Item* Caput. XVI. *Ioannis Monachi & Diaconi Canonarium complectens, quod pariter apud eum longius eſt, & in paucis quibusdam a noſtro differt. Alia opuſcula a* Nicolao *collecta*, Morino *ignota fuiſſe videntur ; niſi forte ea, quae Baſilii Magni habentur, adgnovit. Dolendum tamen eſt hunc Bibliothecae Riccardianae Codicem mutilum eſſe, & in* Capite XXVIII. *deficere, poſtremis paginis abſtractis atque deperditis.*

Quum vero in hoc Volumine Catena *a* Nicetа *in* Epiſtolam I. ad Corinthios *conſertа a me publica luce donetur, οὐκ ἀπροσδιόνυσον profecto fuerit, ſi quid de celeberrima Corinthi Eccleſia, totius olim Greciae Metropoli, hinc inde non exigua ſedulitate collectum, litteris mandem ; & Θεοφιλεςάτῳ Metropolitae, cuius illuſtri nomine Tomus hic inſignitur, brevem & compendiariam dilectae Eccleſiae hiſtoriam ob oculos ponam ; quum occaſio id faciendi commoda ſe obtulerit. Arduum quidem opus me adgredi ingenue profiteor, quum eventus tulerit ut Eccleſia illa, ut infinitis prope aliis praeſtantior atque celebrior, ita etiam prae aliis fere omnibus pauciſſima ad nos ſui monumenta tranſmi-*

miſerit ; & ea quidem hac illac diſperſa , immenſo prope labore veſtiganda , & colligenda , reliquerit . Hinc magnis intervallis haec hiſtoria vacuis hiabit , quum integra ſaecula interdum ſine ulla adnotatione tranſilienda ſint , in quibus rerum in ea geſtarum nulla memoria occurrit , nullum ſeſe obfert indicium . Sed eo gratiorem hanc futuram arbitror , quo difficilior , adeoque eius cognitio rarior , exſiſtit ; eoque lubentius in hanc arenam deſcendi , quo in ea , ſi Deus faxit , nobilior palma referenda eſt , dum in noſtrae profeſſionis ſtadio nequaquam nos deficere oſtendimus .

Corinthiae Ecclesiae Memorabilia.

C*Orinthiorum Eccleſia ab Apoſtolorum Principibus , Petro & Paulo , in primis inſtituta eſt . Heinc ſchiſmate inter Corinthios exorto , alios Cephae , alios Pauli , alios Apollo , ſe eſſe iactitabant . Teſtatur id* Paulus I. Corinth. Cap. I. verſ. 12. Hoc autem dico, quod unuſquiſque veſtrum dicit : Ego quidem ſum Pauli : ego autem Apollo : Ego vero Cephae , &c. *Iſthuc ipſum confirmat* Dionyſius *Corinthiorum Epiſcopus* Epiſtola ad Romanos *apud* Euſebium Lib. II. Hiſtor. Eccleſ. Cap. XXV. Ita & vos, *inquit*, tanta admonitione veſtra , ſementem quae Petri ac Pauli ſatione ſuccreverat , Roma-

nos

nos ſcilicet & Corinthios, ſimul commiſcuiſtis. Ambo enim illi in Vrbem noſtram Corinthum ingreſſi, ſparſo Evangelicae doctrinae ſemine nos inſtituerunt; & in Italiam ſimul profecti, quum vos ſimiliter inſtituiſſent, eodem tempore martyrium pertulerunt. *Verum huius Eccleſiae curam praecipuam Paulus habuiſſe videtur, utpote qui primus hanc vineam plantavit, huiuſque aedificii, ut ſapiens architectus, fundamentum poſuit, ut ipſe* I. Corinth. Cap. III. v. 6. 10. *loquitur; eamque coluit, ac confirmavit, ſcriptis ad eam duabus Epiſtolis; ad quem etiam litteras dare, conſulentes eum, Corinthii conſueverunt; nam Pauli ad eos Epiſtolae non niſi reſcribentis eſſe exiſtimantur a quibusdam, ut* Niceta *noſtro Heracleenſi; qui id ex* Ioanne Chryſoſtomo Homilia XLVIIII. *accepit, quod latius exſequemur inferius. Sed & Apollos Alexandrinus, vir Apoſtolicus, & maxime ſpectatus, Chriſtianam ſapientiam Corinthios edocuit, eorumque Eccleſiam divinis documentis inſtruxit, quam deinde etiam ſecundum quosdam primus Epiſcopus rexit. Sed de hoc etiam alibi opportunius. Interim ad Paulum revertentes, quando nil aliud de Petri in Corinthiorum Eccleſiam opera conſtat, animadvertemus anno aerae vulgaris LII. exeunte, ut* Tillemontius *exiſtimat, Paulum, Athenis relictis, Corinthum ſe contuliſſe,* Act. XVIII.

XVIII. 1. *urbem Achaiae universae, hoc est Graeciae, & Athenarum ipsarum, metropolin. Haec quum iuxta Isthmum sita esset, & veluti bimaris, adeoque mercaturae aptissima, incolis frequentissima, & dives, & celeberrima fuit. Viris etiam Philosophis, & eloquentia praestantibus, abundasse videtur; quae quidem omnia ex ipsa* B. Pauli Epistola I. *facile deducere est. Heinc illa:* In omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo, & omni scientia. *Et* Cap. I. vers. 26. Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quae stulta sunt mundi elegit Deus &c. *Idque etiam luculentius ex* Nicetae *nostri Commentariis adparet. Quum igitur Apostolus Corinthum venisset*, inveniens quendam Iudaeum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam uxorem eius (eo quod praecepisset Claudius discedere omnes Iudaeos a Roma) accessit ad eos. Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos & operabatur (erant autem scenofactoriae artis) *quae sunt ipsissima* Lucae *verba* Act. Cap. XVIII. *id narrantis. Nullam enim συμβύγματος mercedem, etsi debitam, a Corinthiis accipere voluit*, I. Corinth. Cap. IX. *at suis manibus tolerare vitam elegit, ut omnem calumniae praetextum auferret. Quod si*

um-

umquam Corinthi neceſſaria illi defuerunt, lubentius ab aliis Eccleſiis accepit, ut ab Eccleſia Philippenſium, Ad Philipp. IV. v. 17. *Quare* II. ad Corinthios Cap. XI. v. 7. &c. *ſcribit:* Gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis. Alias Eccleſias exſpoliavi, accipiens ſtipendium ad miniſterium veſtrum. Et quum eſſem apud vos, & egerem, nulli oneroſus fui: nam quod mihi deerat ſuppleverunt fratres, qui venerunt a Macedonia: & in omnibus ſine onere me vobis ſervavi, & ſervabo. *Quum igitur Apoſtolus Corinthi verſaretur*, diſputabat in Synagoga per omne Sabbatum, interponens nomen Domini Ieſu, ſuadebatque Iudaeis, & Graecis, *ut* Lucas *loco laudato teſtatur. Evangelii vero tantum praedicationi operam dans, vix aliis Eccleſiaſticis miniſteriis occupabatur: quare paucos admodum ipſe Corinthi baptizavit.* I. Corinth. I. 14. 17. *Interim quum veniſſent de Macedonia Silas (hunc* Paulus Epiſt. ad Theſſal. I. v. 1. *Silvanum adpellat, quod* Theodoretus *animadvertebat) & Timotheus, eumque de Eccleſiae Theſſalonicenſis ſtatu docuiſſent, ſcripſit Corinthi duas, unam poſt aliam, ad eam Epiſtolas. Quamquam enim non defuerunt, qui Athenis haſce Epiſtolas ſcriptas fuiſſe opinati ſunt, tamen ex ipſo ſacrae hiſtoriae contextu ſatis eruitur, ſcriptas fuiſſe Corinthi, ut doctiſſimus* Tille-

mon-

montius *luculenter oſtendit. Sila igitur iam & Timotheo praeſentibus, & adiuvantibus*, II. Corinth. I. v. 19. inſtabat verbo Paulus, teſtificans Iudaeis eſſe Chriſtum Ieſum. Contradicentibus autem eis, & blaſphemantibus, excutiens veſtimenta ſua dixit ad eos: ſanguis veſter ſuper caput veſtrum: mundus ego, ex hoc ad gentes vadam. Et migrans inde (*ipſamque domum Iudaei Aquilae deſerens, ut* Ioannes Chryſoſtomus *obſervat*) intravit in domum cuiusdam, nomine Titi Iuſti, colentis Deum, cuius domus erat coniuncta Synagogae. Criſpus autem Archiſynagogus credidit Domino cum omni domo ſua: & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur. *Ita quidem rem* Lucas *memoriae prodidit; ſed ipſe cenſuerim ante Criſpum, Stephanae domum a Paulo baptizatam fuiſſe; quin & Fortunati, & Achaici, ſive a Paulo, ſive ab alio, quandoquidem eos Achaiae primitias adpellat.* I. Corinth. XVI. verſ. 15. *Quod ſi idem Paulus* Ad Rom. XVI. v. 5. *Epaenetum, Achaiae, iuxta Graecum contextum, primitias vocat, quod &* Chryſoſtomus, *&* Theodoretus *legerunt; forte id concilietur dicendo, unum primitias fuiſſe Iudaeorum ad Chriſtum converſorum; alterum, Ethnicorum: vel Epaenetus Stephanae fortaſſe filius fuit. At Latina interpretatio non habet Achaiae, ſed*

Aſi-

Asiae, quod & ex aliquo Graeco MS. confirmatur, & Origenes, *seu* Rufinus; *atque* Hieronymus, *ita legisse videntur. Baptisavit Paulus etiam Caium quemdam, ut ipse* I. Corinth. I. *testatur*. Chrysostomus, & Theodoretus *probabiliter tradunt, Paulum Corinthi a veritatis inimicis, multas angustias, & incommoda, & persequutiones, una cum aliis fidelibus, perpessum fuisse, quare* dixit Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas. Propter quod ego sum tecum: & nemo adponetur tibi ut noceat te: quoniam populus est mihi multus in hac civitate, *quae sunt* Lucae *iuxta Vulgatam Versionem verba. Iam plus quam annum Corinthi Paulus exegerat, quo tempore etiam per viciniam praedicando discurrisse haud est vero absimile; & eius secunda Epistola ad Corinthios, scripta est* Ecclesiae Dei, quae est Corinthi, cum omnibus sanctis, qui sunt in universa Achaia. *Exploratae quoque fidei est ante annum LVIII in his omnibus regionibus Christi fidem praedicatam fuisse, ut ex* Epistola ad Rom. Cap. XV. v. 19. 24. *elucet atque eminet.*

Quum igitur anno LIII. adhuc Corinthi esset, & L. Iunius Gallio, hoc est Novatus, Senecae frater, qui a Gallione adoptatus hoc nomen adsumserat, Achaiam pro Consule procuraret, insurrexerunt uno animi-

nimo Iudaei in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal, dicentes, quia contra legem hic perſuadet hominibus colere Deum. Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudaeos: ſiquidem eſſet iniquum aliquid, aut facinus peſſimum, o viri Iudaei, recte vos ſubſtinerem. Si vero quaeſtiones ſunt de verbo, & nominibus, & lege veſtra, vos ipſi videritis: iudex ego horum nolo eſſe. Et minavit eos a tribunali. Adprehendentes autem omnes Soſthenem principem Synagogae, percutiebant eum ante tribunal: & nihil eorum Gallioni curae erat. Paulus vero quum adhuc ſubſtinuiſſet dies multos, fratribus valefaciens, navigavit in Syriam &c. *uti in* Actis Cap. XVIII. *narratur*.

Totum autem tempus, quo Paulus Corinthi moratus eſt, annus fuit & ſex menſes, ut Lucas *quidem auctor eſt; adeoque iuxta* Pearſonii, *&* Tillemontii, *calculos, ſub Aprilis initium, anno LIV. Corintho diſceſſerit. Quo tempore Corinthi verſabatur, non apud Aquilam tantum, & Iuſtum hoſpitatus eſt, ſed apud Caium etiam,* Ad Rom. XVI. v. 23. *& apud Phoeben Diaconiſſam Eccleſiae Cenchris conſtitutae. Cenchrae autem oppidum erat, & Corinthi portus, &* ἐπίνειον, *ea parte orae, quae Aſiam reſpicit. Cenchris Paulus navim inſcendit, ut in Syriam proficiſceretur,*

tur, una cum Aquila & Priſcilla; ſed antequam ſolveret, ibidem caput totondit, ut votum Nazaraei, quod habebat, impleret; quod quidem memoratus Lucas *tradit; cuius verba licet quidam non de Paulo, ſed de Aquila, intelligant, nos tamen de Paulo cum aliis doctiſſimis viris, &* Hieronymo, *&* Auguſtino, *&* Beda, *inprimis, accipimus. Praeter hactenus memoratos fideles Corinthios, erat etiam Chloe quaedam, cuius domus omnis Chriſto crediderat, ut ex* Epiſt. I. ad Corinth. Cap. I. *intelligere eſt. Sed & Soſthenes ille, ante Proconſulis tribunal percuſſus, qui potuit in Synagogae principatu Criſpo ſucceſſiſſe, ſi minus tunc Chriſtianus iam fuerat, ut* Chryſoſtomus *credidit, certe non multo poſt Chriſtianis myſteriis initiatus eſt; & ſunt qui autument hunc ipſum eſſe Soſthenem illum, qui una cum Paulo primas ad Corinthios litteras dedit. Ceterum quum Paulus Corintho iam profectus eſſet, Stephanas, & Fortunatus, & Achaicus, qui in miniſterium ſanctorum ſe ipſos ordinaverant, Chriſtianis, qui Corinthi erant, magno praeſidio fuerunt, & id quod illis deerat, ipſi ſuppleverunt; quod Paulus ipſe* I. Corinth. XVI. *ſcriptum reliquit. At is, qui poſt Pauli diſceſſionem, quod Paulus Corinthi plantaverat, abunde rigavit,* Iudaeus *fuit* quidam, Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, & potens in

Scri-

Scripturis. Hic erat edoctus viam Domini, & fervens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quae ſunt Ieſu, *quo praeconio eum* Lucas *commendat. Hic quum Epheſi eſſet & in Achaiam ire vellet, fratres, qui Epheſi erant, hortatu ſuo etiam impulerunt, & ſcripſerunt diſcipulis ut ſuſciperent eum.* Qui quum *anno* LIV. veniſſet, contulit multum his qui crediderant. Vehementer enim Iudaeos revincebat publice oſtendens per ſcripturas, eſſe Chriſtum Ieſum. *Quantum Corinthi Apollos moratus ſit, incertum omnino. Ratum tamen perſpectumque eſt, anno LVI. Apollon Corinthi non fuiſſe, ſed Epheſi una cum Paulo.* I. Corinth. XVI. v. 12.

Anno LV. probabiliter Paulus Corinthum iterum profectus eſt, cuius ibi mora perbrevis eſſe potuit. Nam quum Epheſi eſſet, interdum ad civitates, quae in circuitu erant, praedicandi gratia, exire ſolitum fuiſſe, admodum veriſimile eſt. Ipſe Epiſtola II. C. XII. *luculenter indicat ſe Corinthios multis vitiis obnoxios inveniſſe, adeoque ab eis caſtigandis abſtinere non potuiſſe; aitque inſuper, quemadmodum prima vice fecerat, nulli eorum gravamini & diſpendio fuiſſe.*

Iterum quoque Paulus Corintho diſceſſerat, & iam annus LVI. vertebatur, quum diviſio quaedam inter Corinthios Chriſtianos orta eſt, ita ut in varias ſectas ſcinderentur, ſuaeque quiſque caput vi-

rum aliquem illuſtrem iactitarent, & hi dicerent: Ego ſum Pauli; illi, ego ſum Cephae, ſeu Petri; alii, ego ſum Apollo &c. et nonnulli etiam alii praeter hos ſchiſmati occaſionem fortaſſe dabant, quod Pſeudo-Athanaſius *in* Synopſi *non temere opinatus eſt. Praeterea Corinthi in fidelium coetus vitia quaedam, & abuſus, inrepſerant, dum Agapas celebrarent, & Chriſti corpus & ſanguinem ſumerent (quorum quidem ſub utraque ſpecie communionem peculiarem eorum fuiſſe, non omnium Eccleſiarum, communem perperam, ut videtur adſeruit* Io. de Raguſio) *iniurias ſibi invicem faciebant, quare ante Ethnicos magiſtratus in ius vocare, aut diem dicere, opus erat. Immo quidam, quem* Ioannes Chryſoſtomus *& presbyterum & doctorem fuiſſe cenſuit, cum noverca inceſtum commiſerat. Nam, ut ſemel id dicam, luxuria Corinthii diffluebant, & impudicitiis foedabantur, quod notatur a* Baronio; *&* Pauli *Epiſtolae ſatis inſinuant. Apoſtolus de his omnibus certior factus eſt ab iis, qui erant de domo Chloes, qui haec omnia ei ſcripſere, iuxta* Chryſoſtomum, *literaſque, ut videtur, Stephanas, & Fortunatus, & Achaicus, ei reddiderunt. Tunc temporis Corintho aberat etiam Apollos, qui pariter ad Paulum ſe contuliſſe videtur; Paulusque in Aſia Epheſi morabatur. His igitur perceptis Paulus ſuam primam Corinthiis*

Epi-

Epiſtolam ſcripſit, Epheſi, vel in vicinia, ut Tillemontius *oſtendit; eamque Stephanas, Fortunatus, & Achaicus, portaverunt.* I. Corinth. XVI. 17. *Illos, qui cenſent aliam Epiſtolam ſcripſiſſe Paulum Corinthiis, quae perierit, quamque Timotheus tulerit, minus certis fundamentis inniti, facile eſſet demonſtrare. Paulus optaverat quoque ut cum Stephana, aliiſque fratribus, Apollos Corinthum reverteretur; ſed ſuis hortatibus nihil profecit.* I. Corinth. XVI. 12. *At non multo poſt, Titum, aliumque diſcipulum, illuc miſit,* II. Corinth. XII. 18. *hoſque Corinthii perhumaniter & reverenter exceperunt; licet illi nihil ab eis accipere voluerint, Pauli veſtigiis inſiſtentes.* II. Corinth. XII. 18. *Non mirum autem Corinthios adeo humanos & benevolos in Titum fuiſſe; nam Paulum ad miraculum ſuſpiciebant & venerabantur, & pietate erant praeſignes, ac miſericordia praecipui; eorumque virtutum vigor paucorum vitiorum notam labemque obruebat, id quod ex Pauli Epiſtolis eminet; quare peculiarem Apoſtoli benevolentiam meruerunt, ita ut, quum in Macedoniam ire vellet, prius ad eos ſe conferre meditaretur; & ex Macedonia revertens iterum ad eos concedere, ut inde in Iudaeam a cariſſimis fratribus deduceretur.* II. Corinth. I. 15. 16. *Titus autem quum Corinthi eſſet, ut ii eleemosynas in Sanctos Eccleſiae Ieroſolymitanae erogandas*

pararent atque conferrent, curabat: ad quas congerendas adeo promta & alacri voluntate Corinthii ferebantur, ut nulla ad eos exhortatione opus eſſet; quod quidem omne exſultans Paulus, II. Corinth. VIII. 6. 10. IX. 2. *luculente teſtatur; nam eorum caritatis aemulatio plurimos ad hoc idem provocabat.*

Sed quamquam Paulus Corintho tranſire, quum in Macedoniam proficiſceretur, deſideraverit, tamen anno LVII. in Macedoniam recta contendit, nec Corinthios inviſit: immo triſtabatur, quod Titum, interpretem ſuum, ſecum non haberet, ex quo etiam Corinthiae Eccleſiae ſtatum, ut Tillemontius *obſervat, intelligere cupiebat. Sed non multum temporis interceſſit, & Titus in Macedoniam profectus, Paulo ſe ſtitit; quumque illi Corinthiorum Eccleſiam optime ſe habere retuliſſet, ingenti laetitia eum adfecit. Quum autem ex eo pariter reſciſſet Corinthiorum eleemosynas Iudaeis ſanctis largiendas iam praeſto eſſe, Titum hortatus eſt ut Corinthum rediret, quod is lubenter effecit,* II. Corinth. IX. 6. *ut quum ipſe una cum Macedonibus Corinthum adiret, parata omnia invenirentur,* II. Corinth. IX. 3. 5. *Ex Macedonia igitur ſecundo Corinthiis ſcripſit Apoſtolus, Graecique in fine Epiſtolae notant id Philippis factum eſſe; litteraſque Tito ferendas tradidit, in quarum titulo Timotheus una cum Apoſtolo nominatur. Sed non Titum ſolum*

lum ad memoratas eleemosynas colligendas Paulus Corinthum miſit; miſit etiam cum Tito alium, quem Chryſoſtomus, & Theodoretus, *Barnabam fuiſſe autumant; quamquam alibi* Chryſoſtomus *id de Luca multos intelligere teſtatur, inter quos* Origenes & Hieronymus *recenſeri poſſunt. Recentiorum quidam Silam, ſeu Silvanum, fuiſſe arbitrantur. Alium quoque cum illis miſit Apoſtolus, quem laudibus fert, & quem* Theodoretus *Apollon eſſe credit: ſed omnia haec incerta admodum,* II. Corinth. VIII. *Ex ſecunda ad Corinthios Epiſtola intelligitur, fuiſſe Corinthi Pſeudo-Apoſtolos quosdam, Chriſtianos ſcilicet Iudaeos & circumciſos, qui quum Evangelium cum lege Moſaica miſcere ac confundere vellent, Pauli famam in ſimpliciorum animis minuere conabantur. His obſiſtit reclamatque Apoſtolus, & punitionem etiam illis minitatur.* II. Corinth. X. I. II. *Interim hoc eodem anno, quum Paulus Macedoniam pertranſiſſet, in Graeciam, ſeu Achaiam venit,* Act. XX. 2. *ubi tres menſes tantum exegit; quo tempore Corinthum tertio venit, utiiam promiſerat.* II. Corinth. XII. 14. XIII. 1. *Quid ibi egerit ignotum prorſus. Sed* Auguſtinus Epiſt. CVIII. *opinatur ea, quae ſacrificium attinent, ordinaſſe, ritum ſtatuens, quem deinde Eccleſia univerſa firmiter conſervavit, iuſſiſſeque ut ieiuni corpus Domini ſumerent, & non in conviviis; quod*

quidem Corinthii faciebant, adhuc quum primo ad eos Paulus ſcripſit.

Et haec ſunt ea, quae de Corinthiae Eccleſiae exordiis, & Apoſtolica inſtitutione memoriae prodita ſunt: quae quidem ut abſolutiora, quoad fieri poteſt, habeantur, quaedam modo de viris ſanctis & illuſtribus, & quidem Apoſtolicis, qui Eccleſiam illam exornaverunt, breviter attingemus. Et primo ſeſe obfert Apollos, de quo nonnulla iam tempeſtive praelibavimus. Hic quum primum baptiſma Iohannis tantum noviſſet, fervens tamen ſpiritu, ut Lucas *ait, docebat diligenter ea, quae ſunt Ieſu: quare, quum Epheſum anno LIV. deveniſſet, in Synagoga confidenter agere coepit*: Quem quum audiſſent Priſcilla, & Aquila, adſumſerunt eum, & diligentius expoſuerunt ei viam Domini, *eodem* Luca Actor. XVIII. *auctore. Quando baptizatus fuerit non conſtat, ſed hoc ipſo tempore luſtralibus aquis tinctus fuiſſe* Chryſoſtomo *forte videatur. Quanto Corinthiis in Chriſtiana inſtitutione praeſidio fuerit, iam expedivimus; &* Hieronymus *in* Epiſt. ad Tit. III. *quemadmodum* Nicetas *noſter, primum Corinthi Epiſcopum eum fuiſſe adſeverat. Quod ſi verum eſt, oportet ut poſt annum ſaltem LVII Epiſcopus illius Civitatis ordinatus fuerit, ſi credere dignum eſt* Auctori Quaeſt. in Nov. Teſtam. Quaeſt. XLVIII. *qui ſcribit,*

bit Corinthi eo anno nullum adhuc Epiſcopum conſtitutum fuiſſe. Et quidem exploratae fidei eſt, Apollon per illud tempus Corinthi non exſtitiſſe, quod ſuperius ſatis indicavimus. Exploratum quoque eſt, anno LXIV. Apollon in Creta una cum Zena verſatum fuiſſe; nam Paulus tunc temporis Tito Cretae Epiſcopo ſcribens, ita illi iubet: Zenam legis peritum & Apollo ſolicite praemitte, ut nihil illis deſit. Cap. III. v. 13. *Graeci inſuper, qui S. Apollo feſtum die VIII. Decembris celebrant, illum non Corinthi, ſed Dyrrachii Epiſcopum faciunt iuxta* Menologium *a* Caniſio *editum, vel Epiſcopum Colophonis in Aſia iuxta eorum Menaea: illumque & Caeſaremin LXX. diſcipulorum album referunt: quamquam* Menologium *Vrbini nuper editum eum Caeſareae Antiſtitem enunciat; quarum quidem rerum penes eos fides eſto.* Ferrarius *Coni eum in Phrygia Epiſcopum, Petri De Natalibus veſtigiis inſiſtens, fuiſſe ait, eiuſque feſtum die Iulii XXII. commemorat.*

Primum Corinthi Epiſcopum Apollon iuxta quosdam fuiſſe iam vidimus. Quouſque hic vixerit incertum, ſed ſaeculum ſecundum non attigit. Quum enim ſub primi ſaeculi exitum ſchiſma & ſeditio inſignis in Eccleſia Corinthia orta fuerit, & ea quidem, quae Pauli aetate contigit, funeſtior, Clemens Epiſtola ad Corinth. Cap. XLVII. *ſatis innuit Apollon*

tum mortuum fuiſſe, ut inferius patebit. Apoſtolicae inſtitutioni, & Apollo virtuti ac vigilantiae, ſiquidem is Corinthiorum Epiſcopus fuit, tribuendus videtur ſtatus illius Eccleſiae tranquillus antea, & laudabilis, ac plane admirandus, quem B. Clemens *his verbis deſcribit:* Quis enim apud vos diverſatus, virtute omni plenam firmamque fidem veſtram non probavit? modeſtiam ac decentem in Chriſto pietatem non eſt admiratus? magnificentiam hoſpitalitatis veſtrae non praedicavit? perfectam ſtabilemque cognitionem non iudicavit beatam? nam ſine perſonarum acceptione cuncta faciebatis, & in Dei legitimis ambulabatis; ſubditi praepoſitis veſtris, & honorem debitum ſenioribus veſtris tribuentes: iuvenibus ut moderata & honeſta cogitarent mandabatis: mulieribus denunciabatis, ut in inculpata, & honeſta, & certa conſcientia peragerent omnia; diligerent pro officio maritos ſuos; atque in obedientiae regula conſtitutae, res domeſticas honorate adminiſtrarent, docebatis, omninoque modeſte gererent. Omnes autem humili animo eratis nullatenus ſuperbientes, magis ſubiecti quam ſubiicientes, dantes potius quam accipientes, Dei viatico contenti, & accurate attendentes ſermonibus eius: dilatati eratis in viſceribus, & paſſiones illius prae oculis veſtris erant.

Sic

Sic pax alta & praeclara omnibus dabatur, inſatiabile benefaciendi deſiderium, & plena Spiritus Sancti ſuper omnes effuſio erat; atque referti ſanctae voluntatis bona alacritate cum pia confidentia extendebatis manus veſtras ad omnipotentem Deum; ſupplicantes illi ut propitius eſſet; ſi quid inviti peccaſſetis. Vobis per diem ac noctem ſolicitudo erat pro univerſa fraternitate, ut cum miſericordia & conſcientia ſalvaretur numerus electorum Dei. Sinceri & ſimplices eratis, atque iniuriae immemores, invicem. Omnis ſeditio, & omne ſchiſma, vobis abominationi erat: de proximorum delictis, eorum defectus veſtros iudicabatis: omnis bonae operationis non poenitebat vos, ſed parati eratis ad omne opus bonum: veneranda & virtutum omnium referta converſatione ornati, cuncta in timore eius peragebatis. Mandata Domini ſcripta erant in cordis veſtri tabulis. *Atque ita quidem ille, qui ſi alterius quoque Epiſtolae ad Corinthios pariter ſcriptae auctor eſt, at nonnullis videtur, eam certe tempore huius commendatae pacis, & tranquilli ac admirandi Eccleſiae Corinthiae ſtatus ſcripſit; nam fragmentum illius pacifica tempora innuit, & ex* Photii Cod. CXXVI. *diſſidii Corinthiaci in ea factam non fuiſſe mentionem colligit eruditiſſimus* I. Bapt. Cotelerius, *adeoque ante eam,*

eam, quae prima dicitur, ſcriptam exiſtimat, inter duas primas perſequutiones ſcilicet, Neronis ac Domitiani, & ante ſeditionem Corinthi exortam. In hac autem ſecunda, ut vulgo habetur, Epiſtola, cenſet Godefredus Vendelinus *innui a Clemente Veſpaſianum Imperatorem, qui anno noſtro LXXV. ſexto ſuo Conſulatu, templum Pacis aeternae omnium toto orbe pulcerrimum dedicavit, ubi* ſectione X. *ait non poſſe inveniri hominem, qui pacem largiatur.* οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἄνθρωπον. Non eſt reperire hominem. *Itaque haec Epiſtola forte ſcripta fuerit, dum adhuc Apollos Corinthi Epiſcopus in vivis eſſet. Circa eadem tempore, annum ſcilicet LXXV. ſi* Auctori paſſionis S. Apollinaris Epiſcopi Ravennatis *fidem habemus, in littore Corinthiaci maris B. Apollinaris naufragium fecit, rate in ſicco ſubſidente & comminuta, qui tamen cum Clericis ſuis, & duobus militibus, vivus evaſit. Alia autem indubitata & celeberrima Clementis Epiſtola quum Domitiani perſequutio ſaeviret, ſcripta videtur* Cotelerio, & Vendelino, *hoc eſt anno XCV. quamquam* Davidi Blondello *intra annum LXVIII. & LXXVI. data creditur; aliique aliter cenſent. At* Tillemontius *reddita iam anno XCVI. Eccleſiae pace exaratam fuiſſe probabiliter opinatur. Neſcio an ſubſpicari detur, ſiquidem falſario Auctori* Conſtitut. Lib. VII. Cap. XLVII.

ſi-

fides ulla habenda eſt, forte Lucium illum, qui ibidem Cenchrenſis Epiſcopus ab Apoſtolis ordinatus dicitur, fuiſſe Apollo ſucceſſorem: Cenchrenſem autem dictum, quod Cenchris aliqua de cauſa potiſſimum verſaretur, vere autem Corinthi Epiſcopum fuiſſe: quum nullibi inveniam Cenchreas Corinthiorum ἐπίνειον inter ſedes Epiſcopales recenſeri; vel potius innui videatur hunc primum fuiſſe Corinthi Epiſcopum, quum inibi Apoſtoli Epiſcopos a ſe ordinatos commemorare fingantur, nullam autem Apollo mentionem faciant; qui ſi Epiſcopus Corinthi fuiſſet, certe ab Apoſtolis ordinatus fuiſſet. Sed difficile, quae a mendacibus Scriptoribus produntur, ſibi conſtare poſſunt. Quicumque igitur tum temporis Corinthi Epiſcopus eſſet, certe adverſus eum, iuxta Vendelinum, *ſeditioſi quidam inſurrexerunt, paſtoreſque ſuos depcnere auſi ſunt, adeoque ſeditio & tumultus magnus in ea urbe excitatus eſt. Id ante Domitiani perſequutionem contigiſſe videtur, & de eo tunc Eccleſia Corinthia Romanam certiorem feciſſe; at perſequutione ceſſante,* Clemens *Romanae Eccleſiae nomine Corinthiis reſpondit, quod ipſe illis verbis indicat:* Propter calamitates, & caſus adverſos, qui nobis acciderunt, Fratres, tardius videmur convertiſſe animum ad eas res, quae a vobis, dilecti, quaeſitae ſunt; & ad alienam peregrinamque Dei electis ſeditionem, ſcele-

leſtam & impiam, quam pauci homines praecipites ac temerarii, in tantum vecordiae inflammarunt &c. *Et ecce igitur quales erant, qui ſeditionem moverunt, de quibus quoque agit §. III.* Sic inſurrexerunt, *inquit*, inhonorati contra honoratos, inglorii contra glorioſos, inſipientes contra ſapientes, iuvenes adverſus ſeniores. *Rem autem latius exſequitur §. XLVII. ita ſcribens:* Sumite Epiſtolam Beati Pauli Apoſtoli. Quid primum vobis in principio Evangelii ſcripſit? Profecto in ſpiritu ad vos litteras dedit, de ſe ipſo, & Cepha, & Apollo, quia etiam tum diverſa in ſtudia ſciſſi eratis. Sed varia illa animarum inclinatio, minus peccatum vobis intulit: propendebatis enim in Apoſtolos teſtatae ſanctitatis, & in virum ab illis probatum. Nunc vero, qui nam ſint, qui vos perverterint, & nominatiſſimi veſtri fraterni amoris imminuerint decus, animadvertite. Turpia ſunt, dilecti, ac valde turpia, & Chriſtiana converſatione indigna; audiri firmiſſimam & antiquam Corinthiorum Eccleſiam propter unum aut alterum hominem contra Presbyteros ſeditionem movere. *Reſcripſit igitur Corinthiis B. Clemens eos exhortans ad pacem, concordiam, & ſubiectionem; miſitque Epiſtolam per Claudium, Ephebum, Valerium, Vitonem, & Fortunatum, quos rogat*

gat ut in pace cum gaudio ad ſe brevi remittant, quo citius optabilem, ſibique deſideratiſſimam pacem, & concordiam, adnuncient.

Criſpus, quem Archisynagogum fuiſſe diximus, una cum univerſa familia ſua Chriſtianae ſapientiae myſteriis initiatus eſt Act. VIII. 8. *eumque ipſemet Paulus baptiſmo luſtravit; & ſi Conſtitutionum Auctori* Lib. VII. Cap. XLVI. *credere dignum eſt, Inſulae Aeginae Epiſcopum deinde conſtituit. Eius feſtum apud* Vſuardum, Adonem, *& Martyrologium* Romanum *die IV. Octobris celebratur.*

Eadem die S. Caii etiam feſtum iuxta Vſuardum, *&* Adonem *agitur. Hic quidem, ut diximus, ab Apoſtolo ipſo Corinthi baptiſſatus fuerat* I. Corinth. I. 14. *& ille idem eſſe videtur, quem ſuum hoſpitem Romanis ſcribens idem* Paulus *eſſe ait.* Rom. XVI. 23. Origenes *in* Epiſtolam ad Romanos *obſervat traditum fuiſſe, hunc eumdem* Caium *Theſſalonicae Epiſcopum fuiſſe ordinatum: & quidem Caii cuiusdam Macedonis, Pauli diſcipuli, meminit* Lucas Actor. Cap. XIX. verſ. 29. *Macedo enim eſſe potuit, quamquam Corinthi moraretur.* Beda, *&* Ado *hunc Caium ab eo, ad quem tertiam Epiſtolam Ioannes ſcribit, non diſtinguunt; & Auctor* Additionum ad Synopſin Sacrae Scripturae *idem confirmare videatur. Sed fortaſſis Caius Ioanni notus, alius Pauli diſcipulus fuit, Derba in*

Ly-

Lycaonia oriundus ; quem pariter fortaſſis Auctor Conſtit. Lib. VII. Cap. XLVI. Pergami *in Aſia Epiſcopum a B. Ioanne conſtitutum fuiſſe prodit.*

Non tamen Criſpus & Caius tantum a B. Apoſtolo Corinthi baptiſſati fuerunt, ut diximus, ſed univerſa etiam Stephanae domus, quam I. Corinth. XVI. 15. *Achaiae primitias adpellat. Hic Stephanas, una cum Fortunato & Achaico Epheſum ad Paulum profectus eſt, & iuxta* Chryſoſtomum *Corinthiorum Epiſtolam attulit.* I. Corinth. XVI. 17.

Epaenetus Stephanae filius eſſe potuit, ut ex Synopſi Athanaſiana *intelligitur, ſi Graeci contextus fides non vacillat, in quo* Rom. XV. 15. *Achaiae primitiae dicitur ; & quidem ita etiam* Chryſoſtomus, *ac* Theodoretus *legerunt. At lectio Vulgatae Latinae verſionis tutior erit, quae pro* Achaiae, Aſiae *habet.*

Chloes iam tempeſtive ſatiſque meminimus.

Phoebe Diaconiſſa, cuius meminimus, & cuius haec laus eſt apud Paulum ad Roman. Cap. XVI. Commendo autem vobis Phoeben ſororem noſtram, quae eſt in miniſterio Eccleſiae, quae eſt in Cenchris: ut eam ſuſcipiatis in Domino digne ſanctis; & adſiſtatis ei in quocumque negotio veſtri indiguerit: etenim ipſa quoque adſtitit multis, & mihi ipſi. Theodoretus

cen-

cenſet apud Phoeben etiam Paulum hoſpitatum eſſe; & ex illis verbis colligi poſſe videatur eam Pauli litteras Romanis attuliſſe. Huius die III. Septembris Martyrologia mentionem faciunt.

Soſthenes, quem iam tempeſtive commemoravi, una cum Paulo primam Corinthiis Epiſtolam ſcripſit, ſi Theodoreto & νεωτέρῳ Eſtio *credimus. Alii apud* Euſebium Lib. I. Cap. XII. *unum ex LXX. diſcipulis eum fuiſſe putant, quod tamen Archisynagogo minime convenire deprehenditur, ut eum* Lucas *in* Actis *vocat*. Dorotheus *in* Synopſi *ex Hippolyti libello de LXX. diſcipulis eum Colophonis Epiſcopum ordinatum fuiſſe memoriae prodidit. Eius memoria die XXVIII. Novembris in Martyrologiis Latinis celebratur: in Graecorum autem Menologio VII. Idus Decembris.*

Poſt Bedam, Vſuardum, Adonem, *alioſque Martyrologiorum ſcriptores, Martyrologium Romanum ad diem XIX. Aprilis haec habet:* Natalis S. Timonis Diaconi de ſeptem primis, qui primo apud Beroeam doctor reſedit, ac deinde verbum Domini diſſeminans venit Corinthum, ibique a Iudaeis & Graecis, ut traditur, flammis iniectus, ſed nihil laeſus, demum Cruci adfixus martyrium ſuum implevit. *At hunc* Pſeudo-Dorotheus *in Synopſi non Beroeenſem, ſed*

ſed Boſtrenſem Epiſcopum facit. Conſule Bollandianos ad diem XIX. Aprilis.

Ab his igitur Apoſtolis, viriſque Apoſtolicis, Corinthia Eccleſia inſtituta, eorum documentis formata, atque etiam conſecrata cruore, quum urbs Corinthus Achaiae celeberrima eſſet, non mirum ſi provinciae illius univerſae caput & Metropolis Eccleſiaſtica evaſit, eiuſque Epiſcopi magna ſemper dignitate & auctoritate polluerint; id quod inferius latius expediemus.

Per haec tempora vel in Domitiani perſequutione fortaſſis vel in ea, quae ſub Traiano anno CIIII. aut ſub Hadriano contigit, niſi ſub Nerone malis, eveniſſe oporteret quae Palladius Lib. VIII. de Vitis Patrum Cap. CXLVIII. & CXLIX. *de Corinthia Virgine, & Magiſtriano adoleſcente, narrat; ſiquidem vera ſunt. Quandoquidem ſe hanc hiſtoriam ex libro cuiusdam Hippolyti Apoſtolorum familiaris deduxiſſe ſe ait; quem quidem Hippolytum adeo antiquum nulli Scriptori notum & memoratum video: adeoque magna cauſſa ſubeſt ſubſpicandi Scriptorem aliquem apocryphum hunc fuiſſe; vel falſo ſaltem Hippolytum illum Apoſtolorum familiarem adfirmari. At quomodocumque res ſe habeat, narrationem* Palladii, *cuius fides penes auctorem eſto, & quae a* Nicephoro *etiam* Lib. VIII. Cap. XII. & XIII. *traditur, referamus. Scribit igitur no-*

nobiliſſimam Virginem & forma inſignem Corinthi fuiſſe, quae vitam per varias virtutes excolebat. Haec quum perſequutio in Chriſtianos excitata fuiſſet, calumniis impetita, & Idolis ſacrificare reſpuens, ab impuro Iudice poſt varia tormenta, & lupanari deſtinata fuit, certuſque cenſus per ſingulos dies ex eius quaeſtu ſolvendus laenoni impoſitus. Virgo autem caſtitatis amantiſſima, ut obſcenos ſcortatorum amplexus evitaret, foedum averſandumque ulcus in ſecretioribus partibus praetendens, aliquot dies ſe ab eorum congreſſu illibatam ſervavit. At Deus in tanto diſcrimine diutius eam verſari non ſinens, adoleſcentem Magiſtrianum nomine ſubmiſit, qui quum ad eam incontinentiae praetextu profundo veſpere acceſſiſſet, noctemque a laenone quinque ſolidis erogatis impetraſſet, virilibus ſuis illam veſtimentis amicivit, & nocte intempeſta caput ſumma chlamydis parte involutam proſtibulo egredi iuſſit. Quum autem ſequenti die res cognita fuiſſet, Magiſtrianus ad iudicem ſaeviſſimum abductus eſt, qui quum illum examinaſſet, & omnia didiciſſet, beſtiis eum obiici iuſſit: & ſic beatus iuvenis martyrii palmam conſequutus eſt. Ipſe quidem quanta fide haec hiſtoria digna ſit, ut iam dixi, prorſus ignoro; ſed minime eſt dubitandum eam Chriſtianorum virtute eſſe digniſſimam, & cuius propegeminam in ſinceris Actis Sanctorum Didymi

& Theodorae *habemus; in qua quidem, ut videtur, ambiguum ſe traducere nequaquam licet.*

Anno circiter CLV. quum Hegeſippus, ut ipſe in V. Commentariorum Libris *apud* Euſebium Lib. IV. Cap. XXII. *memoriae prodidit, Romam proficiſceretur, plurimos Epiſcopos adiit, inter quos Primum Corinthi Epiſcopum, de quo, & eius Eccleſia, haec inſit:* Et Corinthiorum quidem Eccleſia in recta fide permanſit, uſque ad Primum eiusdem loci Epiſcopum: quocum familiariter colloquutus ſum dum Romam navigarem, nec paucos dies verſatus ſum cum Corinthiis, mutuamque ex recta fide conſolationem cepimus.

Anno circiter CLX. S. Apollonius Corinthiorum Epiſcopus, qui probabiliter Primo ſucceſſit, Cerdonis haereſin cum omni Synodo Orientali damnavit, coeleſtium litterarum auctoritate luculentiſſima uſus, ut Auctor Praedeſtinati Lib. I. Cap. XXIII. *memoriae prodidit, qui & loca divinarum ſcripturarum ab Apollonio adlegata in medium adducit. Ex quo conſtat hallucinatum eſſe* Tillemontium *Tom. II. in* Dionyſio, *ubi veroſimile cenſet Dionyſium Primo in Epiſcopatu ſucceſſiſſe.*

Anno CLXVIII. Soter Romanus Epiſcopus Pontificatum inivit. Hic ſcripſit Corinthiorum Eccleſiae, & ad ſanctorum alimoniam pecunias atque eleemosynas miſit, id quod

Dio-

Dionyſius *Corinthiorum Epiſcopus teſtatur; qui quidem*

Dionyſius anno CLXX. Corinthiam Eccleſiam iam Epiſcopus adminiſtrabat, vir doctrina, pietate, ac fidei zelo clariſſimus, &, ſi Baronio *crederemus, Clementis Alexandrini magiſter. Sed huc merito tranſcribenda ſunt, quae de eo* Lib. IV. Hiſtor. Eccleſ. Cap. XXIII. Euſebius *Caeſarienſis habet, quum ex eo iam quaedam etiam ſuperius mature de eodem protulerimus; pretioſum enim ſunt ſacrae antiquitatis monumentum, ex quo qualis ac quantus Beatus Dionyſius fuerit, facile intelligatur. Scribit igitur ille:* Ac primum quidem de Dionyſio dicendum eſt, qui Corinthiorum Eccleſiae Epiſcopatum geſſit, nec ſolum populis ſibi commiſſis, verum etiam aliarum regionum, & urbium incolis, divinos labores ſuos prolixe communicavit, omnium comodis utilitatique inſerviens, in catholicis illis, quas ad diverſas Eccleſias ſcripſit, Epiſtolis. Ex quibus una quidem eſt ad Lacedaemonios, rectae fidei inſtitutionem continens, pacemque & unitatem inſinuans. Altera vero ad Athenienſes ſcripta, excitans ad fidem, & ad vitam ex praecepto Evangelii traducendam: qua in re negligentiam arguit Athenienſium, quippe qui a fide propemodum deſciviſſent, ex quo Publius ipſorum Epiſcopus in perſequutionibus

tunc temporis excitatis martyrium ſubierat. Meminit etiam Quadrati, qui poſt martyrium Publii Epiſcopus Athenienſium eſt conſtitutus, eiuſque labore & induſtria cives denuo in Eccleſiam conveniſſe, & redivivum fidei ardorem in illis reparatum eſſe teſtatur. Refert praeterea Dionyſium Areopagitam, qui a Paulo Apoſtolo ad fidem converſus eſt, quemadmodum traditur in Actibus Apoſtolorum, primum omnium Eccleſiae Athenienſis ſacerdotium ſuſcepiſſe. Sed & alia eius Epiſtola exſtat ad Nicomedienſes, in qua Marcionis haereſim impugnans, veritatis regulae firmiter adhaereſcit. Eccleſiae praeterea Gortynenſium, & reliquis ſimul Eccleſiis Cretae litteras ſcribens, Epiſcopum ipſorum Philippum magnopere praedicat, quippe cuius Eccleſia egregiam laudem fortitudinis & generoſi animi communi omnium conſenſu retuliſſet, monetque ut ab haereticorum fraude ac verſutia ſibi caveant. In epiſtola vero quam ſcribit ad Eccleſiam Amaſtrianorum & ceteras ſimul Eccleſias Ponti, ſe quidem a Bacchylide & Elpiſto ad ſcribendum impulſum eſſe commemorat. Epiſcopum autem ipſorum Palmam nominatim adpellans ſacrarum ſcripturarum expoſitionem affert. Multa quoque de nuptiis & de caſtitate eis praecipit, & cunctos qui

a quo-

a quovis lapſu, ſive delicto, ſive etiam ab haeretica pravitate reſiliunt, benigne ſuſcipi iubet. In eodem volumine continetur etiam epiſtola ad Gnoſſios, in qua Pinytum Eccleſiae illius Epiſcopum monet, ne grave onus caſtitatis fratrum cervicibus tamquam neceſſarium imponat, ſed eius, quae in pleriſque hominibus ineſt, infirmitatis rationem habeat. Cui Epiſtolae reſpondens poſtea Pinytus, admiratione quidem ac laudibus effert in primis Dionyſium; ſed tamen hortatur, ut ſolidiorem cibum tamdem impertiat, & tranſmiſſis iterum perfectioris doctrinae litteris, plebem ſibi commiſſam alere velit, ne forte lacteis ſermonibus perpetuo innutriti homines in infantili quadam diſciplina paulatim conſeneſcant. Quae quidem Epiſtola & rectam Pinyti fidem & ſolicitudinem de profectu plebis ipſi commiſſae, eloquentiam quoque & peritiam rerum divinarum, velut tabella quaedam picta, egregie commonſtrat. Exſtat etiam epiſtola eiusdem Dionysii ad Romanos Soteri tunc temporis Epiſcopo Romanae urbis nuncupata, ex qua pauca quaedam hic inſerere non abſurdum fuerit; ubi ſcilicet ille morem inſtitutumque Romanorum ad perſequutionem uſque noſtra aetate factam perpetuo cuſtoditum magnopere commendans, ita ſcribit: Haec enim,

inquit, vobis consuetudo est iam inde ab ipso religionis exordio, ut fratres omnes vario beneficiorum genere adficiatis, & Ecclesiis quamplurimis, quae in singulis urbibus constitutae sunt, necessaria vitae subsidia transmittatis. Et hac ratione tum egentium inopiam sublevatis, tum fratribus, qui in metallis opus faciunt, necessaria suppeditatis: per haec quae ab initio transmittere consuevistis munera, morem institutumque Romanorum a maioribus vestris acceptum Romani retinentes. Atque hunc morem Beatus Episcopus noster Soter non servavit solum verum etiam adauxit: tum munera sanctis destinata copiose subministrans, tum fratres peregre advenientes tamquam liberos suos pater amantissimus beatis sermonibus consolando. In hac ipsa etiam epistola meminit Clementis Epistolae ad Corinthios scriptae, quam ex prisca consuetudine in Ecclesia legi solitam esse testatur his verbis: Hodie, inquit, sacrum diem Dominicum transegimus. In quo epistolam vestram legimus, quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis a Clemente scriptam Epistolam optimis praeceptis ac documentis abundabimus. Idem praeterea scriptor epistolas suas a falsariis corruptas esse admonet, ita scribens. Epistolas, inquit, scripsi ro-

rogatus a fratribus. Sed illas miniſtri quidam Diaboli, zizaniis compleverunt: quaedam ex illis expungentes, quaedam adiicientes. Quos certe manet feralis illa ſententia: Vae vobis. Non mirum igitur videri debet, ſi ſacroſancta Domini ſcripta quidam adulterare adgreſſi ſunt, quandoquidem in longe inferioribus ſcriptis idem auſi fuiſſe deprehenduntur. Habetur praeterea alia eiusdem epiſtola ad Chryſophoram fideliſſimam ſororem, cui convenientia ſcribens, ſpiritale, ut decuit, pabulum ſubminiſtrat. Atque haec de Dionyſii ſcriptis a nobis dicta ſint. *Hactenus* Euſebius. *Harum Epiſtolarum duae priores Laconibus, & Athenienſibus, ſcriptae a Dionyſio curam earum Eccleſiarum tamquam Metropolita gerente dari potuerunt, ut* Tillemontius *obſervat, ſi tunc inter Chriſtianos eas praerogativas & privilegia Corinthus obtinebat, quibus quidem quoad civilem iurisdictionem inſtruebatur. Sed licet incertum ſit an per ea tempora illa urbs quoad Eccleſiaſticum regimen Metropolis cenſeretur; exploratae tamen fidei eſt hoc iure inſequutis temporibus cenſitam fuiſſe. Nam ecce in ſubſcriptionibus Epiſtolae Synodicae Epiſcoporum Achaiae ad Leonem Imperatorem, ita primo loco Epiſcopus Corinthi ſubſcribit*: Petrus Epiſcopus Metropolis Corinthi &c. Immo multi non ſine ratione huius Epiſco-

ſcopum Primatem fuiſſe credunt temporibus Gregorii Magni, huic Athenas & Patras Metropoles in Hellade & Peloponneſo ſubiicientes: ſed id certo pro his temporibus adſeverare non auſim. Fateor Divum Gregorium miſſo ad Ioannem Corinthiorum Epiſcopum Pallio, more maiorum, ut ſcribit, Helladis Epiſcopis praecipere, ut huic ſubiecti maneant. *Pallium*, inquit, Lib. IV. Epiſt. LV. *Ioanni fratri noſtro Corinthiorum Epiſcopo nos tranſmiſiſſe cognoſcite: cui vos magnopere convenit obedire, praeſertim quum hoc ſibi & antiquae conſuetudinis ordo defendat, & bona eius, quibus ipſi teſtimonium perhibetis, invitent.* At Helladem provinciam Eccleſiaſticam a Peloponneſo diſtinctam fuiſſe non ſatis conſtat, ſicut nec Athenienſium Epiſcopum eius Metropolitae dignitatem conſequutum, *quae ſunt verba viri doctiſſimi* Caroli a S. Paulo Geographiae Sacrae Lib. VIII. §. XX. *Provinciae Corinthi, ſeu Achaiae, hi ſubduntur Epiſcopatus in* Antiqua Notitia Epiſcopatuum *laudati* Caroli a S. Paulo *Corinthus Metropolis: Athenae, Patrae, Argos, Megalopolis, Lacedaemon, Corone, Helice, Tegea, Meſſene, Naupactus, Oreum, Porthmus, Caryſtus, Marathon, Megara, Thebae, Plataeae, Opus, Theſpiae, Tanagra, Elatia, Chalcis ad Euripum, Carſia, Strategis, Secorus.*

Haec

Haec Corinthi provincia Patriarchatui Romano primum ſubiecta fuit, ut docent Car. a S. Paulo *laudatus citato §.* XX. *&* Leo Allatius Lib. I. De utriuſque Eccleſ. Perpet. Conſenſ. Cap. X. *ex Nilo Doxopatrio. Sed quum deinde Patriarchatus Conſtantinopolitanus conſtitutus fuiſſet, cuius Patriarcha iura Patriarchalia in Concilio Conſtantinopolitano I. primum obtinuit, Thracia, a Patriarchatu Romano avulſa, pro Dioeceſi ei conceſſa, cui & Aſiam & Pontum additas cognoſcimus ex* Concilii Chalcedonenſis Act. XVI. *& quidem ab Antiocheno Patriarchatu detractas, contigit etiam ut tractu temporis Metropoles Athenae, Theſſalonica, Corinthus, Syracuſae, Rhegium, Nicopolis, & Patrae, eidem Patriarchatui Conſtantinopolitano ſubiicerentur, ut ex* Diatypoſi Patriarchatus Coſtantinopolitani, *Leoni Imperatori tributa, apud* Leunclavium *intelligitur; atque inde etiam Corinthus a Patriarcha Romano receſſit; id quod etiam ex Dioeceſeos Conſtantinopolitanae notitia a Nilo Doxopatrio compoſita apud* Allatium Lib. I. De Conſenſ. Utriuſque Eccleſ. Cap. XXIV. *elucet atque eminet. Hic vero opportune animadvertendum eſt poſt Graegorii Magni tempora Athenas quoque Metropoleos iure probabiliter donatas fuiſſe, &, ut videtur, poſt ſaeculi VI. finem, quum Athenarum Epiſcopus inter ſuffraganeos Corinthi*

ſub-

ſubſcribat in Actis Concilii Chalcedonenſis. Hinc apud Balſamonem in Nomocan. Photii Tit. XIII. *Nicolaus Hagiotheodoretus Athenarum Metropolitanus nominatur; & Athenarum Metropolitam in* Diatypoſi Leonis *recenſeri iam vidimus. Sed ante Athenienſem ſedem Patrenſis ad talem honoris gradum evecta eſt; quum in Catalogo Metropolitarum, ad quos ſcripſit Leo Imperator, qui in fine Concilii Chalcedonenſis exſtat, Patrenſem Epiſcopum inter eos videre ſit.* Hunc tamen inter ſuffraganeos Metropolitae Corinthiorum, Epiſtolae Synodicae Achaiae ſubſcripſiſſe non diffiteor: ſed quamvis ex hoc ſatis clare probetur eum ſuffraganeos non habuiſſe huius Concilii tempore, nil tamen obſtat, quominus inter Metropolitas honorarios locum haberet, qui tunc Corinthiorum vero Metropolitae parebant, & inter eius ſuffraganeos ſubſcripti ut plurimum leguntur in Conciliis, *ut ait* Carolus a S. Paulo. *Hinc in Notitia Graeca Patriarchatus Conſtantinopolitani, quae in* Parergo Geographiae ſacrae *laudatae exſtat, in Ordine ſedium Metropolitanarum XXXV. Provincia Helladis Metropoliten Athenarum; & XXXVI. Provincia Achaiae Metropolitam Patrarum habent; & Corinthi Archiepiſcopus Provinciae Peloponneſi adſignatur; qui pariter Peloponneſi Metropolites dicitur in* Ordine Me-

Metropolitarum qui in Chartophylacio deſcriptus eſt. *In* Notitia Latina quinque Patriarchatuum *ex Regia Bibliotheca eruta* Archiepiſcopus Patracenſis hos habet ſuffraganeos: Mothonenſem, Coronenſem, Anuchenſem, Andrevillenſem, Cephalumenſem, Iacithienſem. Archiepiſcopus *autem Athenienſis ut videtur, nam urbis nomen deletum eſt*, Thermopilenſem, Davalienſem, Salonienſem, Nigripouthenſem, Abelonenſem, Reonenſem, Megarenſem, Eguineum. *In notitia autem, ſeu Conſtitutione Leonis, Athenarum Metropolitae hi Epiſcopatus ſubiiciuntur: Euripus, Diaulia, Coronea, Andros, Orea, Scyrus, Caryſtus, Porthmus, Aulon, Syra. Patrenſi vero XXXIII. Peloponneſi I. Lacedaemoniae. II. Methonenſis. III. Coronenſis. IV. Helienſis V. Bolenae. Deſcriptio autem Patriarchatus CP. a Nilo Doxopatrio concinnata ita N. XXVIII. habet*: Athenae Graeciae, habens Epiſcopatus XI. I. Eurypi II. Dauliae, III. Coroniae, IV. Andri, V. Oraei, VI. Scyri, VII. Caryſti, VIII. Porthmiae, IX. Aulonae, X. Syrae, & Seriphi, XI. Cei & Thermiorum. *Et* Num. XXII. Patrae Peloponneſi habens Epiſcopos V. I. Lacaedaemonis. II. Methonae. III. Coronae. IV. Bolaenae. V. Olenae. *Haec omnia quidem a me producta ſunt, ut facilius intelligatur in quos fines Corinthi Dioeceſis latiſſima tra-*

ctu

ctu temporis coacta fuerit. De qua quidem ita Leo *in ſua* Conſtitutione *loquitur XXVII.* Corintho Peloponneſi. I. Damalea II. Argivus. III. Monembaſiae. IV, Cephaleniae. V. Zacynthi. VI. Zemenae. VII Mainae. Nilus *vero* Doxopatrius *N. XXVII. haec habet:* Corinthus Peloponneſi, habens Epiſcopatus VI. I. Damalorum, II. Argi, III. Monembaſiae, ſive Tenaruſiae. IV. Cephaleniae. V. Zacynthi. VI. Zemenes. VII. Mainae. *In* Notitia *autem* Quinque Patriarchatuum *Latina ſuperius etiam memorata ita legitur:* Archiepiſcopus Corinthienſis hos habet ſuffraganeos: Argivienſem; Achaienſem. *Corinthus autem inter Graeciae Eccleſias ſedem vigeſimam ſeptimam obtinebat, ut apud* Leonem Auguſtum, *&* Nilum Doxopatrium, *videre eſt. Sed quum haec de Dioeceſi & iuribus Metropolitae Corinthi e re nata breviter expedierimus, tempus eſt ut redeat unde defluxit oratio, ad S. Dionyſium ſcilicet, cuius quidem caritas extra quoque ſuae Dioeceſeos limites erumpebat, & cum longinquis Eccleſiis, Epiſtolis datis, doctrinam ſuam, & pietatis ſenſus liberaliter communicabat. Quare* Hieronymus *in Catalogo ſcriptum reliquit:* Dionyſius, Corinthiorum Eccleſiae Epiſcopus, tantae eloquentiae & induſtriae fuit, ut non ſolum ſuae civitatis & provinciae populos, ſed & aliarum provinciarum & urbium Epiſcopos epiſtolis eru-

di-

diret. *Addit insuper idem* Hieronymus Epistola LXXXIV. *eum suis scriptis ostendisse ex quibus Philosophis haeresis quaelibet suum venenum derivavisset.* Michael Glycas, & Cedrenus, *eum Martyrii palmam retulisse tradunt, quos Graeci in suo officio sequuntur: at Latini id non adgnoscunt; de quo consulendi* Bollandiani ad diem VIII. Aprilis.

Anno CXCVI. Commodi scilicet Augusti decimo, Bacchylus Episcopus Corinthiorum Ecclesiae praesidebat, & rectae fidei doctrinam scriptis suis proditam retinebat, ut Eusebius *lib.* V. Histor. Eccles. Cap. XXII. *scriptum reliquit; qui quidem Dionysii Episcopatum excepisse potuit, ut recte Tillemontius observat. Hic ob controversiam de Paschate celebrando, quae tunc temporis vertebat, divinam et sacram provincialem synodum Corinthi collegit, Episcopis duodeviginti constantem, ut* ex Synodico libello *qui* Tom. I. Collection. Concilior. Labbeanae *exstat, edidimus; ubi insuper Bacchylus Archiepiscopus dicitur. Scripsit nomine omnium, qui in Achaia erant, Episcoporum, elegantem librum* de Paschate, *quod* Hieronymus *in* Catalogo *tradit. Quin & privatim illum hac de re litteras dedisse, laudatus* Eusebius Lib. V. Cap. XXV. *innuere videtur.*

Anno CCXXXVIII. Gordianus filius, vel nepos, imperavit, donec Philippi, qui in eius locum successit, iussu anno CCXLIV. oppressus est. Sub Gordianis quidem persequutio

in

in Chriſtianos anno CCXXXV. a Maximino excitata, continuata fuiſſe videtur, quamquam aliud opinari videatur Tillemontius Tom. III. Perſequut. Decii Art. I. *atque inter alios ſub Gordiano & Philippo Corinthi Heliconis, Theſſalonica iuxta quoſdam oriunda, paſſa eſt, anno ut* Bollandianis *videtur CCXLIV. Cuius Martyrii Acta contracta in Compendium* Menologium Graecorum die XXXVIII. Maii exhibet. De ea Martyrologium Romanum *eadem die haec habet.* Corinthi S. Helconidis Martyris, quae primum Gordiano Imperatore ſub Perennio praeſide multis tormentis adflicta, deinde ſub Iuſtino eius ſucceſſore iterum cruciata, ſed ab Angelo liberata, diſſectis mammis, feriſque obiecta, atque igne probata, capitis obtruncatione martyrium complevit. *Perperam tamen* Baronius Helconidem *vocat, quam Heliconidem adpellare debuiſſet, ut* Bollandiani *etiam obſervant.*

Anno CCIL. quum Decius Romanum imperium, victo Philippo, uſurpaſſet, & Chriſtianos perſequi adgreſſus eſſet, Corinthi quoque egregiae quaedam animae Criſtianae ſapientiae veritatem ſanguine fuſo teſtificatae ſunt. Martyrologium Romanum die X. Martii *ita habet:* Corinthi ſanctorum Martyrum Codrati, Dionyſii, Cypriani, Anecti, Pauli, & Creſcentis, qui in perſequutione Decii & Valeriani, ſub Iaſone praeſide gladio

cae-

caeſi ſunt. *Ipſe quidem non dubitaverim verum Codrati nomen, eſſe Latinum* Quadratus, *de cuius educatione mira narrant eorum Acta, ut apud* Metaphraſten, Lipomannum, Surium, Bollandum, *videre eſt: contractaque exhibet eadem die* Menologium *Vrbini editum, atque* Maenea: *& mirabiliora etiam de eodem* Nicephorus Gregoras *memoriae prodit: quae quidem omnia Graeca tantum fide digna lubenter ſilentio praeterimus, ne pro veraci hiſtoria fabellas venditare videamur.* Menologium *quidem Martyres, quos memoravimus, Codrati diſcipulos fuiſſe ait; ſed* Nicephorus Gregoras *eius diſcipulis & imitatoribus accenſet etiam Victorinum, Victorem, Nicephorum, Claudium, Diodorum, Serapionem, & Papiam, quos ſub Tertio Achaiae Proconſule per eadem tempora Corinthi paſſos fuiſſe adfirmat. Quoad tempus quidem* Menaea *etiam* die XXXI. Ianuarii *Gregorae adſtipulantur: eoſque pariter die Aprilis quincta commemorant. At* Latina Martyrologia *Nicephorae maxime refragantur: hos enim eoſdem Martyres, quorum die XXIV. & XXV. Februarii meminerunt, non Corinthi, ſed in Aegypto, martyrium compleviſſe tradunt. Immo quaedam non ſub Decio, ſed ſub Numeriano Principe & Sabino Praeſide, eos paſſos adfirmant. Et non improbabile eſt ex parte, quod dicunt, quum Sabinum initio perſequutionis Decii, Anno CCL.*

Ae-

Aegyptum procuraſſe conſtet, ex Euſebio Lib. VI. Hiſtor. Eccleſ. Cap. XL. *qui quidem Sabinus etiam Tertius adpellari potuit Non me quidem latet* Florentinium *opinari hos ὁμωνύμους Martyras forte eoſdem inter ſe non eſſe, et qui Corinthi, et qui in Aegypto, teſtimonii palmam retulerunt, ex tenui quodam utrorumque hiſtoriae diſcrimine; ſed* Bollandus *non adeo utramque narrationem differre oſtendit, ut ex multo maiore in reliquis fere omnibus conſenſione eosdem eſſe non arbitremur. Quod tamen* Vſuardus *&* Ado *ſub Numeriano in eos animadverſum dicunt minus probabile* Tillemontio *videtur. Quomodo autem haec Graecorum, & Latinorum Martyrologiorum differentia conciliari poſſit, apud* Bollandum & Tillemontium *laudatos videre eſt. Horum martyrium apud* Graecos *&* Adonem *legitur: Sed* Romanum Martyrologium, *a quo illud* Maurolyci *diſſentit, ita habet*: In Aegypto natalis Sanctorum Martyrum Victorini, Victoris, Nicephori, Claudiani, Dioſcori, Serapionis, & Papiae, ſub Numeriano Imperatore: quorum duo primi pro confeſſione fidei exquiſita ſuppliciorum genera tolerantes capite plectuntur; Nicephorus poſt craticulas candentes, igneſque ſuperatos, minutatim conciſus eſt; Claudianus & Dioſcorus flammis incenſi: Serapion vero & Papias, gladio caeſi ſunt. *Verum alte-*

terius procedit Gregoras *& alios Sancto Quadrato discipulos adserit, quos quidem Corinthios fuisse innuit, atque eos quoque per eadem tempora sub Decio Corinthi passos. Hi, Leonides, Charieſſa, Nunechia, Basiliſſa, Nice, Bale, Galene, Teodora, omnes iussu Venusti Praesidis in mari demersi martyrium consummarunt. Sed* Menologium Vrbini editum *martyres multo plures una cum beato Leonide de Christiana veritate testimonium perhibuisse tradit. Captus enim fuit Leonides in festo resurrectionis Iesu Christi, dum coram frequenti populo in Ecclesia psalleret, cumque eo* reliqui viri & mulieres, qui ex diversis locis erant, *ducti, & Praesidi oblati, ac tamdem omnes in maris profundum demersi. Quum autem Graeci horum commemorationem die XVI. Aprilis faciant, ex his videntur esse ii, de quibus eadem die* Beda, Vsuardus, Ado, Vandelbertus, Notkerus, *et* Petrus, *agunt*, & Martyrologium Romanum *in primis sequentibus verbis*: Corinthi natalis Sanctorum Martyrum Callisti, & Charisii, cum aliis septem, qui omnes in mari demersi sunt. *Nec multo aliter habet ad eamdem diem* Maurolycus. *Ceterum Latini Martyrologiorum Scriptores, praeter* Callistum & Charisium, *etiam in aliis horum martyrum nominibus tradendis discrepant, quibusdam, ut videtur, cõruptis. Cum Gregora tamen Graecorum Me-*

naea concordant ; & de his adeundi Bollandiani ad diem XVI. Aprilis. *Laudatum* Menologium *eadem die Irenes meminit , quae* eodem ſancti Paſchatis tempore & in eadem regione, *ad Praeſidem delata fuit , & variis tormentis cruciata, capite tamdem pro Chriſto plexa eſt .*

Anno CCLXVII. Gallieno imperante, Corinthus cum univerſa Achaia ab Herulis incenſa , & populata eſt , ut apud Zoſimum, & Syncellum, *videre eſt .*

Anno CCCLXII. ſub Iuliano Auguſto Corinthi Alexander martyrii coronam meruit, ſi Martyrologio Romano, *vel potius* Baronio, *credimus*. Martyrologium *die XXIV. Novembris ita habet:* Apud Corinthum Sancti Alexandri Martyris, qui ſub Iuliano Apoſtata & Saluſtio praeſide, pro Chriſti fide certavit uſque ad mortem. *Ad id confirmandum Menologii auctoritate* Baronius *utitur ; &* Menologium *quidem* a Caniſio editum *hoc tradit. At in Graeco contextu res aliter habet , in quo nil aliud de Sancto Alexandro dicitur , niſi quod Corinthi paſſus eſt. Doctiſſimus* Tillemontius *Menologium Caniſii eo loco mutilum & corruptum librarii incuria arbitratur ; quum vere ſub Iuliano & Salluſtio , ſeu Saluſtico , Praeſide , Theodorus , de quo mox ſermo eſt , Antiochiae martyrium impleverit , & Mamertinus tunc temporis Illyrii Praefectus eſſet.* An-

Anno CCCLXXXI. Epictetus Corinthi Archiepiſcopus erat; & in eius Eccleſia inter eos, qui Nicaenam fidem ſequi profitebantur, ſed qui inter ſe diſſentientes in extrema prolabebantur, exitialis controverſia orta erat. Hi enim adfirmabant cum Apollinario, eiuſve ſectatoribus, Chriſti corpus eſſe Divinitati ὁμοούσιον, adeoque Divinitatem ipſam paſſam fuiſſe, cum aliis omnibus abſurdis, quae tale principium conſequuntur. Illi vero pertendebant Filium Dei ac Verbum idem non eſſe ac Chriſtum, qui in crucem actus fuerat; ſed Verbum ſuper eum, non aliter ac ſuper antiquos Prophetas, eſſe delapſum Utrique tamen a ſuis erroribus poſtremum reſiluerant, atque iterum veritati Catholicae adhaeſerant. Epictetus Antiſtes huius diſputationis Acta ad Sanctum Athanaſium Alexandrinum Patriarcham miſit, qui doluit vehementer ex eo quod quis adeo impia proferre potuiſſet Itaque iſta omnia datis ad Epictetum litteris praeclariter confutavit, atque ipſum Epictetum reprehendit, quod vel huiuſmodi ab iis proponi paſſus eſſet, oſtendens ab eo illorum audaciam cohiberi indicto ſilentio debuiſſe; atque iisdem verae perſuaſionis dogmata exponi; & ſi minus paruiſſent, ac reſipuiſſent, haereticos declarari. Haec Athanaſii Epiſtola apud antiquos magna in veneratione habita eſt; & Cyrillus *Alexandrinus* Epiſt. XXXVIII. *eam, quidquid caſtio-*

ris & exactioris doctrinae in Orthodoxa fide habetur, continere ait; ſolidamque Epiphanius *ſuo* adverſus haereſes Operi *inſeruit;* Theodoretus *vero plures ex ea ſententias in ſuis* Dialogis *profert; nec* Leo Magnus *in* Epiſtola CXXXIV. *laudare illam omiſit, quod &* Iuſtinianus Auguſtus Epiſtola ad Mennam *fecit, Epheſinae, & Chalcedonenſis, Synodorum exempla memorabilia imitatus: adeo conſtans fuit, ut litterae, quae ad hanc Eccleſiam datae fuiſſent, & celeberrimae eſſent, & in ſummo pretio apud omnes aeque haberentur.*

Anno CCCLXXXXV. Hunni per Graeciam graſſantes, urbes primarias obſident, capiuntque, atque inter eas Corinthum, de quibus Hieronymus ad Heliodorum Epiſt. III. Quid putas nunc animi habere Corinthum, Athenienſes, Lacedaemonios, Arcades, cunctamque Graeciam, quibus imperant Barbari? *Huc reſpiciebat* Claudianus II. in Rufinum:

Non mare fumaſſet geminum flagrante Corintho.

Anno CCCCXIX. Bonifacius I. Romanae Vrbis Epiſcopus ad Rufum Theſſalonicae Archiepiſcopum, & Sedis Apoſtolicae Vicarium, in cauſa Perigenis Corinthi Epiſcopi litteras dat. Perigenes Corinthi natus, & in eadem Eccleſia renatus, eiuſque Clero adſcitus,

quum

quum per omnes Clericorum gradus irreprehenſibiliter meruiſſet, & vir ſanctus eſſet, & optimi inſtituti virtute pollens, Patrenſibus quidem a Corinthiorum Praeſule, totius Provinciae adprobante Synodo, ordinatus fuerat Epiſcopus; ſed a plebe repulſus, poſtmodum ab ipſis Corinthiis in Epiſcopum cooptatus eſt. Poſtulationi eorum intercedebant nonnulli, apud quos ea obtinebat religio, ut canones, qui Epiſcoporum translationes vetabant, violari timerent, ſi qui uni Eccleſiae ſemel ordinati, licet ab ea numquam ſuſcepti, alteri praeficerentur. Quam ob cauſam Corinthii ſedem Apoſtolicam precibus datis adierunt, ut eius auctoritate voti compotes fierent. Miratus eſt Bonifacius Corinthiorum precibus nullas Rufi adiunctas eſſe litteras, licet illius curae Achaia una cum ceteris Illyrici provinciis commiſſa iam fuiſſet. Quocirca etiam ſi aequam iudicaret illorum petitionem, prius tamen quam Rufi accepiſſet litteras, reſcribere ipſis noluit, ut & Apoſtolicae Sedis auctoritas *& eius Vicario debita* honorificentia ſervaretur; *nec non* ut nihil immaturum ab hac Sede fieri videretur. *Vbi vero Rufi de Perigene accepit ſcripta, quae deſideriis omnino convenirent, tunc ad eumdem Rufum miſſa Epiſtola II.* quae univerſo presbyterio, *hoc eſt toti Romano Clero*, complacuit, *Perigenem Eccleſiae Corinthiorum conſtituit Pontificem. Ex* Epiſtol. IV. V.

XV. Bonifacii apud P. Conſtantium in Epiſtolis Rom. Pont. *quarum primam fruſtra ſuſpectam habet* Tillemontius Tom. XII. *omnes vero dignae eſſent quae hic integrae exſcriberentur; ſed brevitati conſulimus.*

Anno CCCCXXII. Bonifacius I. Rufo & ceteris Epiſcopis per Macedoniam, Achaiam, Theſſaliam, Epirum veterem, Epirum novam, Praevalin, & Daciam, conſtitutis ſcribit in cauſſa Perigenis Corinthi a ſe Epiſcopi conſtituti, quod apud Corinthum Synodum congregare meditarentur, ſuper eius diſcutiendo ſtatu, quem Corinthiis Apoſtolica ſedes examinatis omnibus atque diſcuſſis conſtituit Sacerdotem. *Quae melius intelligi poſſunt ex iis, quae ad annum CCCCXIX narravimus.*

CCCCXXXI. Perigenes Corinthi Helladis Epiſcopus Concilio Epheſino intereſt, & Neſtorium damnat. Ex Monumentis Concilii Epheſini apud Baluzium in Nova Concil. Collect. Tom. I.

CCCCXXXIV Perigenes Corinthi Epiſcopus, veluti beneficiorum Romanae Sedis oblitus, eius Vicario Theſſalonicenſi Antiſtiti reſiſtere, ac repugnare, atque ſe ab eius reverentia ſubtrahere, volebat. Xyſtus III. Pontifex Maximus ei ſcribit, & per Lucam Epiſcopum epiſtolam mittit, hortaturque ut Anaſtaſio Theſſalonicenſis Vrbis Antiſtiti eam ſervet reverentiam, quam ceteri quoque

Pon-

Pentifices per Illyricum conſtituti erga praedicti dignitatē reſervare non abhorrent. *Deinde Epiſcopis Theſſalonicae congregandis pariter ſcribit, Theſſalonicenſis Epiſcopi Romanae Sedis Vicarii, auctoritatem adſtruens & & exponens, in qua Epiſtola de Perigene haec ſubdit*: Noverit Corinthius Epiſcopus ſibi licentiam poteſtatis liberae minime tribuendam, ſi huic voluerit Eccleſiae repugnare, quam ſibi noverit profuiſſe. *Ex* Epiſtol. VII. & VIII. Xyſti III. apud Conſtantium in Epiſt. Rom. Pont.

CDXLIX. Eraſiſtratus Corinthi Epiſcopus conciliabulo Epheſino intereſt. Tillemont. Tom. XV. Labbeus Tom. IV. *In eo vero haec pronunciat*: Oſtendit per libellos ſuos Reverendiſſimus Archimandrita Eutyches, quod ſemper ſapuit, quae orthodoxa fides continet, & ſequutus eſt depoſitiones Sanctorum Patrum, qui in Nicaea congregati ſunt, quae confirmatae ſunt in hac etiam Metropoli per pridem collectam ſanctiſſimam Synodum. Vnde & ego conſone decerno ut fruatur & dignitate presbyterii, & praeſit monaſterio, ubi a principio ordinatus eſt.

CDIIL Theodoſii Iunioris imperio deſinente Sanctus Quiriacus Corinthi oritur; cuius parentibus fuit nomen, patri quidem Ioannes, matri autem Eudoxia. Eius autem a-

vunculus Petrus fuit Corinthiorum Epiſcopus. Hic igitur Quiriacum in gradum lectoris eiusdem Eccleſiae adhuc in tenera aetate cooptat. Ex Simeone Metaphraſte.

CCCCLI. Petrus Corinthi Epiſcopus Concilio Chalcedonenſi intereſt, atque ita pronunciat: Conſentio & ego his interloquutionibus, tam Vicariorum Sanctiſſimi & Beatiſſimi Archiepiſcopi maximae Romae Leonis, & ſanctiſſimi, & Deo amiciſſimi, & omnem laudem ſupergreſſi, Anatolii, ſuper damnatione Dioſcori, & alienum eum ab omni Sacerdotali miniſterio eſſe decerno. *Hic Petrus ſcripſit cum omni ſua Provincia Epiſtolam ad Leonem Imperatorem, quae in Actis Concilii Chalcedonenſis habetur, & poſt eum XX. Epiſcopi ſubſcribunt, hoc eſt, Athenienſis, Theſpinenſis, Patrenſis,* Anonymus, *Megarenſis, Elatheae, Thebarum, Caryſtenſis, Argi,* Anonymus, *Lacedaemonis, Chalcidis, Tanagrenſis, Meſſanae, Proponti, Megalopoleos, Coronae, Corſiae, Platacenſis,* Anonymus.

Anno CCCCLVI. S. Quiriacus die quodam Dominico, quum divinam illam in Evangelio vocem audiſſet, Si quis vult venire poſt me, tollat crucem ſuam, & ſequatur me; *rem minime differt. Itaque egreſſus ex Eccleſia Cenchreas proficiſcitur, & adſcenſa navi in Palaeſtinam pergente, Ieroſolymam*

mam acceſſit, anno Imperii magni Leonis IX. octavo autem Anaſtaſii Ieroſolymorum Pontificatus. Hic ad Lauram accedens Monaſticum habitum induit. Ex Metaphraſte.

Anno CDLXV. S. Quiriacus, mortuo S. Geraſimo Abbate, apud quem morabatur, in Euthymii Lauram tranſit, & inde in Lauram Sucam. Ex Metaphraſte.

Anno CDLXXIIX. S. Quiriacus ad honorem presbyteratus provehitur. Ex Metaphraſte.

D. Circa haec fortaſſis tempora Patrae Iure Metropoleos donatae ſunt, & a Corintho avulſae, ut ſuperius pag. LVIII. aliquatenus animadvertimus. Ex Carolo a S. Paulo.

Anno DXV. S. Quiriacus una cum diſcipulo ad ſolitudinem Natupha ſecedit. Ex Metaphraſte.

Anno DXX. S. Quiriacus celebrem miraculorum famam fugiens ex Natupha in aliam ſolitudinem, quae eſt magis intra Ruba, tranſgreditur. Ex Metaphraſte.

DXXII. Anno Iuſtini Imperatoris IV. Corinthus terraemotu concutitur, ut ex Anonymo Valeſiano, & Theophane *ad hunc annum, deducere eſt.*

Anno DXXV. S. Quiriacus hominum multitudinem ad eum accedentium vitans inſolitudinem Suſacim, in qua nullus anachoreta manſerat, aufugit. Ex Metaphraſte.

Anno DXXXII. S. Quiriacus ad Lau-

ram

ram Sucam revertitur, rogatus a Monachis; qui hoc ſolatium in nimia annonae caritate ab eo popoſcerunt, & in Cella Beati Charitonis morans contra Origeniſtas per quinque annos decertat Ex Metaphraſte.

Anno DXXXVI. Photius, alias Photinus Corinthi Epiſcopus Concilio Conſtantinopolitano II. intereſt. Ex Labbeo Tom. V. *S. Quiriacus vadit ad Concilium Conſtantinopolitanum, ſubſcribitque libello, quem Synodo obtulerunt Archimandritae, ut eius Synbodi Acta ſignificant.*

Anno DXXXVII. S. Quiriacus ad Sucam regreditur Ex Metaphraſte.

Anno DXLV. Cyrillus Monachus adſumto diſcipulo Ioanne S. Quiriacum inviſit, & S. Quiriacus in antrum Charitonis iterum redit. Ex Metaphraſte.

Anno DXLVII. S. Quiriacus virtutibus miraculiſque clariſſimus moritur.

Anno DXC. Gregorius Magnus Romae Epiſcopus eligitur & Epiſtola data ad Anaſtaſium Corinthi Archiepiſcopum, de ſua ordinatione eum certiorem facit, & Bonifacium Defenſorem litterarum portitorem ei commendat. Ex Regiſtro Lib. I. Indict. IX. *&*

Anno DXCII. ſcribit Epiſtolam Corinthiis Epiſcopis de Hadriano, coepiſcopo, qu' cum ſuis accuſatoribus Epiſcopis in gratiam redierat.

Anno DXCIV. Gregorius Magnus ſequentem

Epi-

Epiſtolam Ioanni Archiepiſcopo Corinthi ſcribit, quae quidem habetur Lib. V. Regiſtri Indict. XIII. *n.* 52 *& ex qua Anaſtaſium Corinthi Epiſcopum depoſitum fuiſſe intelligimus.*

Gregorius Ioanni Archiepiſcopo Corinthiorum.

Aequitatem atque ſollicitudinem Secundini fratris, & coepiſcopi noſtri, quae olim bene nobis eſt cognita, etiam ſeries indicata monſtravit. In qua re valde placuit, laetoſque nos reddidit, quia in cauſſa Anaſtaſii quondam Epiſcopi, quam ei examinandam iniunximus, vigilantiam ſuam & diligenter exercuit, & cognita crimina, ut iuſtitia poſcebat, & oportuit, iudicavit. Sed in his omnibus gratias omnipotenti Deo referimus, qui deſiſtentibus quibusdam accuſatoribus, cognitioni eius veritatem, ne tantorum cauſa facinorum latere potuiſſet, oſtendit. Quoniam vero in eadem ſententia in qua ſupraſcriptum Anaſtaſium iuſte damnatum conſtat, atque depoſitum, ſic quasdam ſupraſcriptus frater & coepiſcopus noſter ultus perſonas eſt, ut noſtro arbitrio reſervaret: idcirco quid de eis tenendum ſervandumque ſit, praeſenti Epiſtola ſignare perſpeximus.

Paulum itaque diaconum latorem prae-

praeſentium, quamvis culpa ſua vehementer confundat, atque redarguat, quod deceptus promiſſione, ab accuſatione nuper depoſiti quondam Epiſcopi ſui deſtiterit,& cupiditatis ſtudio ſilere contra animam ſuam potius, quam prodere vera conſenſerit; tamen quia pios plus nos eſſe convenit, quam districtos, hanc ei culpam ignoſcimus, atque eum in ordine locoque ſuo recipiendum eſſe cenſemus. Nam ei a tempore prolatae ſententiae, adflictionem,quam pertulit, credimus ad vindictam huius poſſe culpae ſufficere. Euphemium vero, atque Thomam, qui pro deſerenda accuſatione ſacros ordines acceperunt, eisdem ſacris privatos ordinibus eſſe, atque ita ſicuti ſunt depoſiti volumus permanere, nec umquam eos ſub qualibet excuſationis ſpecie ſacros in ordines revocari decernimus. Nam nimis indignum, & contra Eccleſiaſticae regulam diſciplinae eſt, ut honore, quem non ex meritis, ſed pro ſceleris praemio perceperunt, fungantur. Quia tamen plus miſericordiae, quam diſtrictae nos convenit operam dare iuſtitiae, eosdem Euphemium,atque Thomam, in ordinem locũque tantummodo, vnde ad ordines ſacros promoti fuerant, volumus revocari; & cunctis diebus vitae ſuae eorumdem locorum continentiam,ſicut conſueverant ante, per-

ci-

cipiant. Clematium vero lectorem similiter benignitatis intuitu, in ordinem locumque ſuum revocandum eſſe conſtituo. Quibus etiam omnibus, ideſt Paulo diacono, Euphemio, Thomae, atque Clematio, commoda ſua ſecundum locum & ordinem, in quo quiſque eorum eſt, ſicut ſolitus erat accipere, a praeſenti tertiadecima Indictione veſtra Fraternitas ſine aliqua ſtudeat imminutione praebere. Quia igitur ſupraſcriptus Paulus diaconus multa ſe pro utilitate Eccleſiae veſtrae memorat expendiſſe, & ut ea poſſit recipere, Fraternitatis veſtrae ſolatio deſiderat adiuvari: hortamur ut ſi ita eſt, omni ei poſſibilitate ad recipienda quae dedit, debeatis concurrere, atque veſtris eum auxiliis adiuvare: quia nulla ratio patitur, ut in his, quae pro utilitate generalitatis impendit, aliquod ſuſtineat iniuſte diſpendium. Praeterea tres libras auri, quas imminente ſupraſcripto fratre, & coepiſcopo noſtro Secundino, eumdem Paulum diaconum pro utilitate veſtrae dediſſe conſtat Eccleſiae, Fraternitas veſtra eas ceſſante dilatione reſtituat: ne, quod abſit, non rationabiliter, ſed ſola eum gravare voluntate tantummodo videatur.

Hoc eodem anno die XV. Menſis Auguſti Gregorius eidem Corinthio Epiſcopo ſcribit,

&

& eum monet ut Corinthios ſic regat, ut praecedentis contagii, quod nequiſſimus Epiſcopus Anaſtaſius deceſſor induxerat, maculas omnes abſtergat. Pallium inſuper ad eum dirigit, quod per Epiſtolam ab Andrea Epiſcopo latam poſtulaverat: & cuius uſum Corinthiis Epiſcopis a ſuis praedeceſſoribus conceſſum fuiſſe ait. Indicat inſuper ſe percepiſſe in Corinthia Eccleſia nullum ad ſacrum ordinem ſine commodi datione *perveniſſe, idque diſtricte ei prohibet. Haec autem eadem die univerſis Epiſcopis per Helladiam provinciam conſtitutis pariter ſcribit, & quum eis de Anaſtaſii, eiuſque facinoris, correctione gratulatus eſſet, ſubdit:* Praeterea Epiſtolam caritatis veſtrae per Andream fratrem, & coepiſcopum noſtrum ſuſcipientes, pallium Ioanni fratri noſtro Corinthiorum Epiſcopo nos tranſmiſiſſe cognoſcite; cui vos magnopere convenit obedire, praeſertim dum hoc ſibi & antiquae conſuetudinis ordo defendat, & bona eius, quibus ipſi teſtimonium perhibetis, invitent. *His quoque vetat Gregorius pro ſacris ordinibus conferendis aliquid accipere, Id, quod oſtendit hoc malum late per Graeciam tunc temporis graſſatum fuiſſe.*

DXCVII. Gregorius Magnus Ioanni Corinthi Epiſcopo, aliiſque Metropolitis ſcribit. Lib. VIII. Indict. I.

DXCVIII.

DXCVIII. Gregorius Magnus Ioanni Corinthio, & aliis Metropolitis ſcribit. Lib. IX. Indict II.

DCX. Circa haec tempora Athenae iure Metropoleos donatae ſunt, & a Metropoli Corintho abſciſſae. Conſule ſuperius pag. *LVII.*

DCLXXX. Stephanus Corinthi Epiſcopus & Legatus Apoſtolicae Sedis antiquae Romae Sextae Synodo intereſt, & ſubſcribit. Ex Labbeo Tom. VI.

DCCCXXV. Circa haec fortaſſis tempora Sanctus Fantinus Monachus Calaber, Georgio, & Bryenne parentibus natus, illibatam vitam exigens, & multis calamitatibus ob Saracenorum incurſiones conflictatus, quum LX. annos natus eſſet, Vitalem & Nicephorum diſcipulos ſecum adſumens, ad Peloponneſum adpulit, & diu Corinthi verſatus, multis aeternae ſalutis cauſa fuit. Menologium die XXX. Auguſti.

DCCCLIX. Ioannes Corinthi Epiſcopus Pſeudo Synodo Photianae intereſt. Ex Labbeo Tom. XI

DCCCLXIX Hilario Corinthi Epiſcopus Concilio IV. Conſtantinopolitano Oecumenico VIII. intereſt. Labbeus Tom. VIII.

DXCV. Nicolaus Myſticus Sancto Antonio Cauleae in Patriarchatu Conſtantinopolitano ſucceſſit, obiitque, ut teſtatur Cedrenus Indict. III. *anno DCCCCXXX. die XV.*

Maii

Maii. Ab hoc, ut Iac. Goario, & Bollandianis *videtur, Nicolao Sanctus Petrus Thaumaturgus Conſtantinopolitanus, & Monachus, Corinthiorum Epiſcopus creatus eſt. Verum quum ille onus deprecaretur, pro eo Paulum ipſius fratrem Nicolaus initiavit. Venit tamen Petrus cum fratre Corinthum. Sed violenta Argivorum ſolicitatione, ſimulque Naupliorum deprecatione, conſecratus & ipſe eſt a fratre Argivus Epiſcopus; & tamdem virtutibus & miraculis clariſſimus annos natus LXX. ad Dominum migravit, ut* Synaxarium MS. Gabrielis Naudaei, & Collegii Claromontani Societatis Ieſu Pariſiis, & Menologium Vrbini editum, *narrant. Hic etiam doctrina conſpicuus, auctor eſt, ut* Bollandiani *cenſent*, funebris Orationis in B. Athanaſium Methones Epiſcopum *Conſule* Bollandianos *laudatos* ad dies XXXI. Ianuarii, V. Februarii, & III. Maii, *& XXVII. Martii, ubi ſe inconſtantes monſtrant, & S. Paulum a Nicolao I. Pontifice Romano Corinthi Epiſcopum ordinatum pertendunt. Nicolaus autem I. anno DCCCLXVII. vivere deſiit. At tunc forte Corinthi Dioeceſis a Romano iam Patriarchatu avulſa fuerat, ut ſuperius pag. LVII. videre eſt.*

CMXX. Circiter S. Lucas Iunior Thaumaturgus ex Phocide, quum in Ioannitzis eremo ſeptem annos exegiſſet, Bulgarorum excur-

curſiones fugiens cum toto genere ac notis Corinthum rate tranſmiſit, adhuc prima iuventa vernans, ibique ludum petens litterarum ſe ſtudio dedit. At quum pueros inhoneſte agentes ibidem vidiſſet, etſi litteris probe formarentur: rem haudquaquam ferens cito receſſit, & maluit indigere doctrina & diſciplinis, quam eorum exemplo malus fieri. Exivit igitur Corintho in oppidula ruſticana, ac deinde Patras abſceſſit, ſublimius ac ſanctius vitae genus perſequuturus Hic quum poſt annum CMXXVII. in Ioannitzis ſolitudinem reverſus eſſet, Corinthi Archiepiſcopum Conſtantinopolim proficiſcentem, haud procul inde quum ſubſtitiſſet, adiit & munuſcula pro ſua paupertate ei, & Clericis & nobilibus viris, qui in comitatu erant, obtulit, diverſi nempe generis olera, et hortuli, quem colebat, proventum. Antiſtes autem quum quis eſſet intellexiſſet, eius tugurium ſubire non eſt dedignatus. Quin et eius munera auro repenſare voluit, quod primum Beatus Lucas accipere renuit; poſtea vero, quod Archiepiſcopum ex repulſa triſtem videret, unicum nummum accipere contentus fuit. Quum autem Archiepiſcopus, quomodo ab eo Euchariſtia in ſolitudine Sacerdotibus deſtituta ſumi poſſet oſtendiſſet, inde diſcedens, iter ſuum proſequutus eſt. Iterum quoque Corinthum Lucas acceſſit, quum regio Quaeſtori auri vis ingens ibidem furto ſubrepta fuiſſet, ab illo

ma-

magno maerore confecto accerſitus; qui quum illuc advenisſet, inter medias epulas, adſtantium quemdam furti auctorem detexit, et aurum terrae defoſsum Quaeſtori ut redderetur effecit. Ex Vita ab eius Diſcipulo anonymo ſcripta *apud* Bollandianos ad diem VII. Februarii.

CMLXXV. Baſilius, & Conſtantinus fratres Porphyrogeniti, filii Romani Imperatoris, Imperii habenas acceperunt, regnaveruntque per annos L. Baſilius ſcilicet uſque ad annum MXXV. et Conſtantinus uſque ad annum MXXVIII. Horum temporibus vixit Sanctus Athanaſius Corinthi Archiepiſcopus, de quo Synaxarium MS. Claramontanum Societatis Ieſu Pariſiis, die V. Maii haec habet: Eadem die commemoratio Sancti Patris noſtri Athanaſiii Epiſcopi Corinthiorum, qui obdormivit pie & ſancte diebus Imperii Baſilii, & Conſtantini.

MXXX Sergius Corinthi Epiſcopus. Labbeus. Tom. XII.

Anno MLIX. Argos Metropolis facta eſt, & Ioannes, qui ei Eccleſiae tunc praeerat, ad Metropolitae dignitatem provectus; octogeſimumque thronum, ſeu locum obtinuit, qui ad centeſimum ſeptimum deinde depreſſus eſt. Chronicon breve Tom. XIX. Hiſtor. Byzantinae. Scholion tamen ad Novellam Imperatoris Leonis *hoc factum dicit anno*

Mun-

Mundi VIMXCVIII. Chriſti videlicet MXC.

MCXXVI. Sacrum B. Agathae Martyris corpus, iamdudum Conſtantinopolim avectum; quum a duobus Latinis viris Gisleberto & Goſelino ſubreptum in Siciliam revheretur, Corinthum adpellit, & ibi quatriduo ſubſiſtit, dum illi navigium quaerunt, quo vehente in Siciliam deveniant, ut ex Mauritii Epiſcopi Catanienſis Epiſtola De translatione S. Agathae Virginis *apud* Bollandianos *intelligere eſt.*

MCIL Per haec tempora Rogerius Nortmannus Corinthum oppugnat, capit, ac diripit. Laur. Bonincontrius Annalibus MSS. ad hunc annum, & Hiſtoriae Siculae, *quam publici iuris facimus*, Lib. III. Maurocenus Lib. XIX. Emmius Tom. III. Vet. Graec. *Ita autem a* Nicera Choniata Lib II. *haec expugnatio deſcribitur.* Ita rebus proſpere ſuccedentibus, neque terra, neque mari, ullo reſiſtente, Corinthum tendit (Rogerius) urbem divitem, in Iſthmo ſitam, duobuſque commodiſſimis ad exportationem, & importationem, ac commutationem, mercium portubus nobilem; in quorum alterum ex Aſia, alterum ex Italia adpellitur. Quum autem mercatum, quae inferior urbs eſt, vacuum reperiſſet, Acrocorinthum etiam (omnes enim eſcu-

lenta omnia, omnes opes, ſive ſacras, ſive profanas, eo contulerant) tentandum cenſuit, & ſi fieri poſſit, expugnandum Fuit autem Acrocorinthus veteris urbis arx, nunc vero caſtellum munitum eſt, monti alto impoſitum, in acutum cacumen faſtigiato; ipſum vero faſtigium planitiem habet menſae forma, firmis moenibus circumdatum. Intus non pauci ſunt aquae pellucidae, & potabilis, puteoli, & fons Pyrene, cuius etiam Homerus in Odyſſea meminit. Id caſtellum, quamvis & natura, & manu adeo munitum, adeo tutum, ac pene inexpugnabile, Siculi Franci citra laborem fere ſunt ingreſſi, exiguo tempore ad deditionem coactum. Neque vero novum hoc eſt, aut mirandum. Neque enim ipſum caſtellum ſine iuſto praeſidio ſeipſum defendere, aut hoſtes propulſare, potuit: quamvis enim multi cuſtodes in eo eſſent, nullus tamen inter illos fuit vir fortis, cui recte civitatis cuſtodia crederetur. Nam Imperatorii milites cum ſuo Duce Nicephoro Chaluphe, & Corinthiorum proceres, ibi deſidebant; & ex vicinis oppidis non pauci eo tamquam in certiſſimum aſylum ſe receperant. Claſſis autem praefectus, munitione potitus, eiuſque natura conſiderata, ad quam oppugnandam nuſquam pateret aditus, Deo duce, in-

inquit, pugnavimus; Deus nobis hunc locum occupandum praebuit. Eos vero, qui intus erant, derisit, & ut imbelles exagitavit, Chaluphem in primis, ut femina molliorem, & ad colum, & ad lanam tractandam, aptiorem. Illius quoque loci opibus in triremes impositis, Corinthiorum nobilissimas, & matronas fortissimas, & ditissimas, in servitutem abduxit. Ac ne Theodori quidem martyris, miraculis clari, imagine abstinuit, sed ea quoque ex templo abrepta, secunda navigatione usus in reditu Corcyraeorum arcem firmavit. Tum si quis Siculas triremes multis pulcris rebus onustas, & ad summum usque remigium depressas, vidisset, rectissime dixisset, non naves esse piraticas, sed onerarias, mercium omne genus vehentes.

MCLVI. Theodorus Corinthi Episcopus Concilio Constantinopolitano adversus Soterichum coacto interest. Labbeus Tom. XIII.

MCLXVI. Theodorus Corintho adhuc Episcopus praesidet, & Concilio Constantinopolitano adversus Demetrium Lampenum aliosque convocato intervenit. Ibid.

Anno MCCV. Iacobus Avenius iussu Marchionis Montisferrati Corinthum obsidet, in cuius arcem Leo Sgurus confugerat. Dufresnius. Hist. Imperat. CP. Francorum. Lib. I.

Anno MCCX. Innocentius III. Pontifex Max. Archiepiſcopo Athenienſi, & Thermopylenſi ac Sidonienſi Epiſcopis, ſcribit, & ut Eccleſia Corinthia ad ritum Latinorum reducatur curare iubet. Eius autem Epiſtola, quae eſt VI. Libri XIII. *ita habet:*

Archiepiſcopo Athenienſi, & Thermopylenſi, & Sidonienſi Epiſcopis.

Quum & alias oves, quas habet Dominus, nos oporteat in ovili nobis commiſſo ſuis ovibus adgregare, de cura Corinthiorum ſolicitudinem decet nos gerere paſtoralem; ut quum eorum civitas ad dominium Latinorum credatur in proximo perventura, vel iam forſitan perveniſſe, oves Domini, quae ſunt ibi, poſt greges ſodalium non vagentur, ſed ad unum redeuntes paſtorem, & cognoſcant eum ſecundum Evangelicam veritatem, & cognoſcantur ab ipſo. Quocirca Fraternitati veſtrae per Apoſtolica ſcripta praecipiendo mandamus, quatenus ſi civitatem ipſam, velut ex relatis rumoribus ſpem concepimus, dilecto filio nobili viro G. Romaniae Seneſcalco reddere ſe contingat, aut iam reddidit ſemetipſam, & aliquis Archiepiſcopus eſt in ea, prudenter, & efficaciter inducatis eũdem, ut ad obedientiam & reverentiam Apoſtolicae Sedis ac noſtram humiliter convertatur, iuramentum exhibens ſuper hoc, quod exhibe-

ri

ri a talibus consuevit. Qui si forsan id perficere recusaverit, vos eo ab administratione Pontificali prorsus amoto, quum pro rei novitate non possit ex more aliarum Ecclesiarum ad usitatum electionis modum procedi, dilectum filium H. Decanum Cathalaunensem, virum utique vita, fama, & scientia, commendabilem, Ecclesiae civitatis eiusdem auctoritate nostra, sublato cuiuslibet contradictionis, & adpellationis, obstaculo, in Archiepiscopum adsignetis; idipsum facturi, si forsan, ut accepimus, eamdem invenieretis defuncto Archiepiscopo destitutam, monendo clericos, siqui fuerint, ut ei reverentiam, & obedientiam, debitam ac devotam impendant. Alioquin eidem Decano potestatem auctoritate Apostolica conferatis, amotis illis, instituendi tales in locis ipsorum, qui sibi studeant, sicut membra capiti, per devotam obedientiam cohaerere, contradictores siqui fuerint, vel rebelles, per censuram Ecclesiasticam adpellatione postposita compescendo. Quod si non omnes duo vestrum ea, &c. Datum Laterani IV. Non. Martii, Pontificatus nostri anno tertio decimo.

Quum Theodorus Princeps Graecus Corintho & Argis huc usque dominatus fuisset, Corinthum hoc anno amisit a Guillelmo de Villa Arduini ad deditionem compulsam ut etiam in

Innocentii Epiſtola indicatur. Nam quum Guillelmus eam corona cinxiſſet, victus penuria certis pactis prius cum Theodoro firmatis, eam in deditionem accepit, inter quae, ut Guilelmo Achaiae Seneſcalco Corinthus cederet, Argi Theodoro remanerent, ſed tributarii. Sunt qui memoriae prodiderint nobiles quosdam Francos, qui huic expeditioni interfuerant, ſanctae Helenae Virginis corpus Corintho abſportaſſe in Gallias, & Eccleſiae Trecenſi dono dediſſe. Dufreſnius *laudatae* Hiſtoriae Lib. I.

Anno MCCXII. Innocentius III. Pont. Max. XII. Kal. Iunii Archiepiſcopo Thebano, & Decano Davalienſi, ſcribit, ut cogant Graecos Abbates Corinthiae Dioeceſeos Archiepiſcopo Corinthi debitam reverentiam praeſtare. Eius Epiſtola, quae LIII. eſt Lib. XV. *ita habet:*

Archiepiſcopo Thebano, & Davalienſi Epiſcopo, & Decano Davalienſi.

Ex parte venerabilis fratris noſtri Corintienſis Archiepiſcopi fuit propoſitum coram nobis quod Abbates Graeci Corinthienſis Dioceſis debitam ſibi obedientiam, & reverentiam, ſuperbiae accenſi ſpiritu, non impendunt. Quo circa praeſentium vobis auctoritate mandamus, quatenus Abbates iam dictos ut ipſi Archiepiſcopo reverentiam, & obedientiam, debitam impendere non poſtponant, monitione praemiſſa per cen-

cenſuram Eccleſiaſticam ſublato adpellationis obſtaculo compellatis. Quod ſi non omnes, &c. duo veſtrum, &c. Datum Laterani XII. Kal. Iunii, Pontificatus noſtri anno decimoquinto.

Corinthio quoque Epiſcopo ſcribit, eiuſque Eccleſiam ſub protectione Apoſtolica recipit. Eius Epiſtola ex Lib. XV. n. LVIII *in qua multa extant memoria digna, & quae dicta a nobis ſuperius pag. LV & ſeqq. & LXXVIII.* illuſtrare poſſunt, *eſt quae ſequitur:*

Gualtero Corinthienſi Archiepiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Quanto diligentius & utilius vas electionis & doctor gentium Corinthiorum inſtruxit Eccleſiam, ſicut eius ad illos epiſtolae miſſae declarant, tanto ſtudioſius & cautius nos oportet inſiſtere, ut eam in ipſius forma doctrinae ſub Apoſtolicae ſedis magiſterio conſervemus, quae nuper eamdem ad ipſius obedientiam revertentem adfluenti benignitate ſuſcepit. Quo circa, venerabilis frater in Chriſto, propter ſpecialem ipſius Corinthienſis Eccleſiae caritatem, tuam volentes perſonam propenſius honorare, propriis manibus conſecravimus in Pontificem, & pallio inſignivimus, pontificalis videlicet officii plenitudine, ut nihil tibi ex aliqua parte deſit, quod ad metro-

tropoliticam pertinet dignitatem. Quia vero nos ſuppliciter exoraſti, ut eamdem Corinthienſem Eccleſiam, cui Deo auctore praeeſſe dignoſceris, dignaremur Apoſtolici privilegii munimine roborare, nos tuis iuſtis poſtulationibus adnuentes, eam ſub Beati Petri, & noſtra protectione, ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus ſtatuentes ut quaſcumque poſſeſſiones &c. illibata permaneant, in quibus haec .... &c. locum ipſum .... &c. pertinentiis, ſuis, caſale quod dicitur Succhyna, caſale quod dicitur Lavenica, caſale quod dicitur Sarman, caſale quod dicitur Crata, caſale quod dicitur Quarrata, & caſale quod dicitur Saudyca, cum omnibus pertinentiis eorumdem. Epiſcopatus quoque inferius adnotandos Eccleſiae tuae metropolitano iure ſubiectos tibi tuiſque ſucceſſoribus nihilominus confirmamus, videlicet Cephalonenſem, Iacint. Damelant. Malaveſia. Argo. Gibas. & Gimeres. Palleo vero quod tibi ex Apoſtolicae Sedis benignitate contulimus infra tuam Eccleſiam, &c. .... ſolemnitatibus beatorum Theodori & Stratilatis martyrum, & conſecrationis tuae anniverſario die. Ad haec ipſi Corinthienſi metropoli ſuam provinciam confirmamus. Iura quoque ac bona eius, dignitates ac libertates ipſius, nec

non

non antiquas & rationabiles consuetudines auctoritate Apostolica roboramus, & tam tibi, quam eidem Ecclesiae, firma, & illibata, manere sancimus. Coemeteria quoque Ecclesiarum, earumque beneficia, &c. ..... censura canonica compescatur. Prohibemus autem ne Presbyteri, Capellani, &c.... irritum habeatur. Prohibemus insuper ne interdictos vel excommunicatos, &c..... oporteat ligatum absolvi. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum, &c..... usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum, &c.... districtae subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco, &c.... praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Datum Laterani per manum Ioannis Sanctae Mariae in Cosmidin Diaconi Cardinalis S. R. E. Cancellarii XI. Kal. Iunii Indictione XV. Incarnationis Dominicae anno MCCXII. Pontificatus vero Domini Innocentii Papae III. anno quintodecimo.

Scribit pariter eiusdem Ecclesiae Archidiacono, illique hanc dignitatem confirmat, sequentibus litteris datis; quae Lib. XV. n. LIX. *exstant:*

Iacobo Archidiacono Corinthiensi.

Quum a nobis petitur, &c.... perducatur effectum. Ea propter, dilecte in Domino fili, tuis iustis postulationibus grato con-

concurrentes adſenſu, Archidiaconatum Corinthienſem, quem per venerabilem fratrem noſtrum Corinthienſem Archiepiſcopum es canonice adſequutus, ſicut ipſum iuſte poſſides & quiete, devotioni tuae auctoritate apoſtolica confirmamus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus. Nulli ergo, &c.....confirmationis, &c. ...incurſatum. Datum Laterani X. Kal. Iunii Pontificatus noſtri anno quintodecimo.

Item hoc anno Thebano Archiepiſcopo, & Zaratonienſi, ac Davalienſi Epiſcopis, quamdam cauſam inter Archiepiſcopum Corinthium, & eius Canonicos, vertentem committit, ut ex ſequenti Epiſtola, quae num. LX. eodem libro exſtat, intelligimus:

Thebano Archiepiſcopo, & Zaratonienſi, & Davalienſi Epiſcopis.

Venerabilis frater noſter Corinthienſis Archiepiſcopus propoſuit coram nobis, quod eo ad regionem Eccleſiae Corinthienſis adſumto, Decanus & Canonici eiuſdem Eccleſiae obtinuerunt ab eo callide circumvento medietatem omnium decimarum, monaſteriorum, & papatuum, in quibus tres Monachi, vel pauciores, morantur, ſalva tamen Sedis Apoſtolicae auctoritate concedi. Verum quia ex conceſſione huiuſmodi dictus Archiepiſcopus ſe ſentit enormiter eſſe laeſum, nobis humiliter ſuppli-

ca-

cavit, ut ſuper hoc ei providere miſericorditer dignaremur. Quo circa fraternitati veſtrae per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint citandi, & inquiſita ſuper his & cognita veritate, quod canonicum fuerit adpellatione poſtpoſita, ſtatuatis, facientes quod ſtatueritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Quod ſi non omnes, &c..... duo veſtrum, &c.... Datum Laterani XII. Kal. Iunii Pontificatus noſtri anno decimoquinto.

Eodem fere tempore ſuffraganeis Eccleſiae Corinthiae reverentiam erga ſuum Metropoliten iniunxerat, his ad Archiepiſcopum Patrenſem, & Amidenum Epiſcopum litteris datis Lib. XV. Epiſt. LXI.

Archiepiſcopo Patracenſi, & Amidenſi Epiſcopo.

Quum venerabilem fratrem noſtrum Corinthienſem Archiepiſcopum ad propria cum gratiae noſtrae plenitudine remittamus, venerabilibus fratribus noſtris ſuffraganeis eius noſtris dedimus litteris in praeceptis, ut eidem tamquam metropolitano ſuo debitam obedientiam & reverentiam impendere non omittant. Quocirca fraternitati veſtrae per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi dicti ſuffraganei praeceptum noſtrum neglexerint adimplere, vos

eos ad id monitione praemiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam adpellatione remota cogatis. Datum Laterani XV. Kal. Iunii Pontificatus noſtri anno decimoquinto.

Similia quoque iubet Capitulo Corinthienſis Eccleſiae, Epiſcopis Zacynthi, & Cephaloniae; & ut ad id cogerentur Archiepiſcopo Patrenſi, & Archidiacono Andrevillenſi curandum mandaverat, ut ex ſequentibus Epiſtolis intelligere eſt, ex Lib XV. *erutis:*

Capitulo Corinthienſi.

Quum venerabilem fratrem noſtrum Corinthienſem Archiepiſcopum ad propria cum gratiae noſtrae plenitudine remittamus, univerſitati veſtrae per apoſtolica ſcripta praecipiendo mandamus, quatenus eidem tamquam Archiepiſcopo veſtro debitam obedientiam, & reverentiam, impendere procuretis. Alioquin noveritis nos venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Patracenſi, & Amidenſi Epiſcopo, in mandatis dediſſe, ut vos ad id monitione praemiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam adpellatione remota compellant. Datum Laterani XV. Kal. Iunii Pontificatus noſtri anno decimoquinto.

Super hoc ſcriptum eſt eisdem Archiepiſcopo & Epiſcopo, ut ſi Capitulum ipſum praeceptum noſtrum neglexerit adimplere, ipſi eum ad id monitione praemiſſa per cen-

cenſuram eccleſiaſticam adpellatione remota compellant.

Epiſcopo de Iacintho.

Quum venerabilem fratrem noſtrum Corinthienſem Archiepiſcopum ad propria cum gratiae noſtrae plenitudine remittamus, fraternitati tuae per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem tamquam Metropolitano tuo debitam obedientiam & reverentiam impendere non omittas. Alioquin noveris nos venerabili fratri noſtro Epiſcopo Cephaloniae, & dilectis filiis Archidiacono & Magiſtro L. Canonico de Andrevilla in mandatis dediſſe, ut te ad id monitione praemiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam adpellatione remota compellant. Datum Laterani XV. Kal. Iunii Pontificatus noſtri anno decimoquinto.

Scriptum eſt ſuper hoc eiſdem, ut ſi dictus Epiſcopus de Iacintho quod mandatum eſt ei neglexerit adimplere, ipſi eum ad id monitione praemiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam adpellatione remota compellant. Quod ſi non omnes, &c..... tu ea frater Epiſcope cum eorum altero, &c.

Epiſcopo Cephaloniae.

Quum venerabilem fratrem noſtrum Corinthienſem Archiepiſcopum, &c..... impendere non omittas. Alioquin noveris nos Archiepiſcopo Patracenſi & Archidiacono

cono & Magiſtro L. Canonico de Andrevilla in mandatis dediſſe ut te ad id monitione praemiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam adpellatione remota compellant. Datum Laterani XV. Kal. Iunii Pontificatus noſtri anno decimoquinto.

In eumdem modum ſcriptum eſt eiſdem.

Quum venerabilem, &c. *ut ſupra uſque ad* non omittat. Quocirca diſcretioni veſtrae per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi dictus Epiſcopus praeceptum noſtrum neglexerit adimplere, vos eum ad id monitione praemiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam adpellatione poſtpoſita compellatis. Quod ſi non omnes, &c.... tu ea frater Archiepiſcope, cum eorum altero, &c.

Quum vero quaedam Corinthiae Eccleſiae bona Gaufridus de Villa Arduini Romaniae Seneſcalcus occupaviſſet, ac retineret, eidem ut ea reſtituat ſcribit; & in eumdem finem Thebano Archiepiſcopo, & Epiſcopo, ac Decano Davalienſibus, atque Othoni de Rocca Athenarum Domino, pariter ſcripſit, ut ex ſequentibus Epiſtolis patet:

Nobili Viro Gaufrido de Villa Arduini.

Quum quaedam caſalia, poſſeſſiones, homines, abbatias, eccleſias, & alia bona Corinthienſis Eccleſiae dicaris non ſine tuae periculo animae, ac ipſius praeiudicio, retinere, nobilitatem tuam monendam, du-

duximus, & hortamur, per apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus illius intuitu, qui tibi manus ſuas magnifice ampliavit, ac pro reverentia Beati Petri & noſtra, venerabili fratri noſtro Corinthienſi Archiepiſcopo reſtituens ipſa bona, & compellens ad reſtitutionem debitam alios poteſtate tibi tradita detentores, eumdem Archiepiſcopum & Ecclesiam ſuae curae commiſſam taliter contra impugnatorum malitiam protegas & defendas, quod ipſa Ecclesia ſub tuo patrocinio ab incursibus hoſtium conquieſcat, & tua exinde prudentia poſſit non immerito cõmendari. Alioquin venerabilibus fratribus noſtris Thebano Archiepiſcopo, & Epiſcopo, & dilecto filio Decano, Davaliensibus dedimus in mandatis, ut te ad id monitione praemiſſa per cenſuram eccleſiaſticam adpellatione remota iuſtitia mediante compellant. Datum Laterani XV. Kal. Iunii Pontificatus noſtri anno decimoquinto.

In eumdem modum ſcriptum eſt eiſdem.

Quum, &c.... Quocirca diſcretioni veſtrae per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus si dictus nobilis mandatum noſtrum neglexerit adimplere, vos eum ad id monitione praemiſſa per cenſuram Ecclesiaſticam adpellatione remota iuſtitia mediante cogatis. Quod si non omnes, &c. duo veſtrum, &c.

Nobili Viro O. de Rocca.

Quum quaedam caſalia, poſſeſſiones, homines, &c....non immerito commendari. Alioquin venerabilibus fratribus noſtris Thebano Archiepiſcopo, & Epiſcopo, & dilecto filio Decano, Davaliensibus dedimus in mandatis ut te ad id monitione praemiſſa per cenſuram eccleſiaſticam adpellatione remota iuſtitia mediante compellant. Datum Laterani XV. Kal. Iunii Pontificatus noſtri anno decimoquinto.

In eumdem modum ſcriptum eſt ſuper hoc eiſdem.

Quum, &c.... non immerito commendari. Quocirca diſcretioni veſtrae per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus si dictus nobilis; &c.

Anno MCCXXXVIII Gregorius IX. Pont. Max. Secretarium ſuum in Peloponneſum & Athenas mittit, ut tertiam partem redituum Eccleſiarum Patrenſis, Corinthiae, & Thebanae, exigat, in Conſtantinopoleos periclitantis auxilium impendendam. Ex Epiſtola 358. Lib II.

MCCLXVII. Clemens IV Corinthi Archiepiſcopum ad Montis Regalis Eccleſiam transfert. Ex Epiſtola CDLXII. Clementis IV. apud Martenem Theſaur. Anecd. Tom. II

MCCLXVIII. Clemens IV. P. de Con-

Confluentia Corinthiae Eccleſiae Epiſcopum praeficit. Ex Epiſtol. DCVIII. Clem. IV. apud Martenem *loco citato.*

MCCCXXX Corinthus Graeciae Deſpotis ſubditur. Coronellius.

Anno MCCCL. Robertus Imperator CP. & Romaniae Deſpotus, in quadam revocatione privilegiorum, & litterarum conceſſarum Vicariis Achaiae enunciat ſe donaviſſe Caſtellaniam Corinthi Nicolao Acciaiuolo Magno Seneſcalco Siciliae, ut conſtat ex Libro Archivi Carthuſienſium ad Florentiam, cuius titulus Regiſtrum.

Anno MCCCLI. Rainerius Acciaiuolus, quum Galli & Veneti, Pontificis Max. hortatu, contra Graecos expeditionem feciſſent, & Helladem ac Peloponneſum invaſiſſent, a Rege Neapolitano illuc mittitur, & Achaiam ac Boeotiam occupat, & hoc circiter anno Philippi Auriae, qui cum aliis Genuenſibus Euboeam tenebat, filiam uxorem ducit, & regionem occupans etiam Corinthum ſubigit. Laonicus Chalcocondylas Lib. IV.

Anno MCCCLVIII. Robertus Imperator CP. concedit memorato Nicolao ut nullam operam & obſequium feudale praeſtare ſibi teneatur in principatu Achaiae, excepta Caſtellania Corinthi, ut patet ex Regiſtro *membranaceo Archivi Carthuſienſium ad Florentiã. Quicumque autem pluria de Nicolao Acciaiuolo, &*

rebus ab eo praeclare geſtis , noſſe deſiderat , conſulat Matthaeum Villanium Lib. III. Hiſtor. Cap. VII. & LVIII. & Lib. IV. Cap. II. & LXXXVII. Lib. V. Cap. XXVI. Lib. VII. Cap. LXXII. LXXIII. LXXIV. Lib. IX. Cap. LXXXV. continuat. Lib. IX. Cap. XXII. XXIII. Lib. X. Cap. C.

MCCCLIX. Sanctus Petrus Thomaſius Carmelita Epiſcopus Coronenſis , ab Innocentio VI. Papa in multis Graeciae Epiſcopatibus , & Corinthio etiam, Legatus conſtituitur. Vt autem intelligatur cur Petrum Thomaſium Pontifex Max. Legatum conſtituerit , & in quibus regionibus , & Eccleſiis , qualemque ei poteſtatem contulerit , ipſas Apoſtolicas Litteras heic proferre fert animus , quum non hiſtoriam ſolum infelicium illorum temporum illuſtrare poſſint , ſed & eorum , quae inferius dicturi , ſumus , & Epiſtolae in primis cuiuſdam a Gregorio XI. Rainerio Acciaiuolo ſcriptae intelligentiam magis atque magis aperire. Quam ob rem , & aliam Innocentii Epiſtolam producemus , quum idem efficere poſſe deprehendatur , atque inſuper Corinthio etiam Archiepiſcopo , qui tunc temporis Petrus Acciaiuolus erat , ſi Ammirato & Monumentis Archivi Acciaiuolorum *credimus , cum aliis Epiſcopis ſcripta fuerit. Nec mirari ſubeat, ſi in his quae horum temporum barbariem attinent , paulo prolixior ſum , quum in primorum*

rum ſaecularum monumentis digerendis brevitatem adfectaverim; nam quum res ſequioribus ſaeculis geſtae caecis tenebris ut plurimum involutae videantur, iis, qua licet, lucem aliquam foenerare operae pretium eſſe arbitratus ſum. Epiſtolae ſunt quae ſequuntur.

Innocentius Epiſcopus . . . Venerabili Fratri Petro Epiſcopo Coronenſi, Apoſtolicae Sedis Legato.

Angit nos cura propenſior, & ſolicitudo ſedula nos impulſat, ut ſuper univerſum gregem Dominicum Paſtores, quamquam immeriti, diſponente Domino, conſtituti, ad illos maxime ex grege ipſo, qui longe ſepoſiti patiuntur adverſa, noſtrae vigilantiae ſtudium diligentius extendamus: & quia ubilibet, repugnante natura, perſonaliter eſſe non poſſumus; illius exemplo, qui de caelo ad ima deſcendens, per univerſum mundum diſcipulos ſuos miſit, in partem nobiſcum ſolicitudinis evocatos, ut vices noſtras ſuppleant, deſtinemus. Dudum ſiquidem anxie cogitantes inſultus acerrimos, graviumque perſequutionum anguſtias, & damna maxima, quibus Turcarum infidelium furor immanis fidelium Chriſtianorum populos, eorumque terras & loca, praecipue Romaniae, civitatiſque Smyrnarum, ut illa ſuae poteſtati ſubiiceret, diu adflixerat, & quotidie crudelius ad-

ſligebat: ut ipſorum infidelium obſiſteretur inſultibus, & fidelibus opportuna remedia pararentur: frequenter idoneos Nuntios noſtros ad partes illas duximus, ibique Legatum conſtituimus, ſuffragia multa praeſtitimus, alioſque fideles ad illa praeſtandum induximus diligenter, & nonnullos alios in praedictos labores pertulimus: & quantum nobis poſſibile fuit, opem & operam adhibuimus diligentem. Sed licet huiuſmodi noſtra dictorumque fidelium ſtudia & opera fructuoſa felicem ſatis, auctore Domino, Nuntiiſque, progreſſum habuerint: quia tamen dictorum Turcarum ſaeva rabies non tepeſcit, ſed tam ipſi, quam alii plurimi, infideles atque ſchiſmatici partium earumdem, ad extinctionem Chriſtiani nominis, & depreſſionem Catholicae fidei, magis magiſque quotidie ſatagentes, fideles ipſos, & eorum terras & loca continuis invaſionibus atque damnis & adflictionibus perſequuntur; & non ſolum partes ipſas, ſed etiam Patriarchatum Conſtantinopolitanum, & eius provincias, in quibus Chriſtianae religionis nomen viget, invadunt immaniter, & percurrunt; Nos cupientes malis huiuſmodi, quantum cum Deo poſſumus, obviare, ac ipſorum fidelium quieti ſalubriter providere, inter alia nonnulla remedia, quae cum multis & magnis tam

ſpi-

ſpiritualibus, quam temporalibus auxiliis praefatis negotiis de novo duximus adhibenda: ad te, qui vir timoratus & providus, & in lege Domini ipſaque fide catholica admodum eruditus, ac frequenter in arduis, & praeſertim in illis partibus, comprobatus, clarus ſcientia, plenuſque multis virtutibus praedicaris; noſtrae conſiderationis intuitum convertentes, deliberatione ſuper hoc cum Fratribus noſtris praehabita diligenti; tibi in eiſdem Patriarchatu Conſtantinopolitano, & regno Cypri, & in Cretenſi, Smyrnarum, Patracenſi, Athenienſi, Thebano, Corinthienſi, Colocenſi, Nixienſi, Corphienſi, Duracienſi, Neopacenſi, & Neopatriae, Archiepiſcopatibus, & eorum dictique Patriarchatus provinciis, pro ſubſidio fidelium & partium earumdem, omnem alium Legatum per nos in partibus illis deputatum revocantes, plenae legationis officium auctoritate Apoſtolica, de dictorum fratrum conſilio, committimus per praeſentes: ut ibidem auctore Domino recta regens, & dirigens indirecta, & aſpera convertens in plana, ſicut diligens cultor evellas & deſtruas, diſſipes & diſperdas, aedifices & plantes, quae pro negotiorum huiuſmodi, ac morum, & Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, regni, Patriarchatus, ac provinciarum, &

partium praedictarum reformatione & ſtatu, ac alias ad Legati officium pertinent, & ſicut Dominus miniſtrabit. Nos enim, ut ipſius legationis officium eo utilius exſequi valeas, quò maiori fueris auctoritate munitus; praeſentium tibi auctoritate concedimus, ut in Patriarchatu, ac regno, Archiepiſcopatibus,& provinciis,ſupradictis, ſuper huiuſmodi univerſis & ſingulis aliis negotiis, de quibus expedire videris, agere, diſponere, ſtatuere, ordinare, & praecipere, inter Reges & Principes, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas& ſeculares, in eiſdem partibus conſiſtentes, ad utilitatem, commoditatem, & effectum negotiorum ipſorum, ligas & confoederationes, ſocietates ſeu uniones componere, ſtatuere, ordinare, & firmare, & per te, vel alium, ſeu alios, quacumque auctoritate factas, initas, tractatas, ſeu firmatas adprobare, & exſequutioni mandare ac mandari facere; & inter diſſidentes ſeu diſcordes pacem & concordiam reformare, treguaſque ſeu inducias inire, & firmare, ac reformatas, initas & firmatas, obſervari facere; nec non contradictores, & rebelles, cuiuſcumque dignitatis & ſtatus vel conditionis exſiſtant, etiamſi Epiſcopali vel maiori praefulgeant dignitate, auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam, adpellatione remota, compel-

pellere valeas, Fraternitati tuae plenam & liberam tenore praesentium concedimus potestatem: Non obstantibus quibuscumque privilegiis Apostolicis generalibus vel specialibus quibusvis personis vel locis aut ordinibus ab Apostolica Sede concessis, per quae praesentibus non expressa, vel totaliter non inserta, huiusmodi tuae legationis & potestatis officium posset quomodolibet impediri, aut etiam retardari. Aut si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod excommunicari, suspendi, aut ipsi, vel eorum civitates, castra, villae, & loca, interdici non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Quocirca Fraternitatem tuam rogamus & hortamur attente, per Apostolica tibi scripta mandantes, ac in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus de divina gratia & Apostolico favore confisus, onus tam salubris negotii devota mente, & animo suscipiens reverenti, te in exsecutione legationis huiusmodi taliter verbo & opere reddas, quod ad Redemtoris nostri laudem, salutemque fidelium eorumdem, praefata negotia felicem, Deo propitio & te promovente, consequantur effectum. Datum Avinione V. Idus Maii anno septimo.

Al-

Altera autem Epiſtola ita habet:

Innocentius Epiſcopus... Venerabilibus fratribus Petro Epiſcopo Coronenſi Apoſtolicae Sedis Legato, nec non Patriarchae Conſtantinopolitano, ac Nicoſienſi, Cretenſi, Smyrnarum, Patracenſi, Athenienſi, Thebano, Corinthienſi, Colocenſi, Nixienſi, Corphienſi, Duracenſi, Neopacenſi, & Neopatriae, Archiepiſcopis, eorumque Suffraganeis ſalutem.

Inſurgentibus contra fidem Catholicam, & religionem deprimere molientibus Chriſtianam, ea virtute, illaque conſtantia eſt a fidelibus reſiſtendum; ut fideles ipſi Orthodoxae fidei ardore ſuccenſi, virtutibuſque pro poſſe ſuccincti, deteſtandum illorum propoſitum obice contrariae intentionis impediant, & roboris oppoſitione, conatus iniquos prohibeant eorumdem; ſicque mentis, & corporis armatura muniti, & directi lumine fidei, inſurgentes eoſdem ſpeciali carentes munimine, & infidelitatis tenebris obcaecatos, Deo, cui militant, ipſis adſiſtente proſternant. Dudum ſiquidem, &c. *ut in ſuperiori*, infideles & ſchiſmatici ad ipſorum & eorum terras & loca continuis invaſionibus atque damnis & adflictionibus perſequuntur: & non ſolum partes ipſas, ſed etiam Patriarcharum Conſtantinopolitanum, eiuſque provincias, in quibus Chriſtiani

no-

nominis favor viget, invadunt unanimiter & percurrunt: Chriſtianos ipſos in ore gladii inhumaniter trucidant, alioſque velut animalia bruta vendunt, eoſque in feram ſervitutem redactos, praefatam fidem abnegare compellunt: & ſacratiſſimam Crucem, mortem Redemtoris noſtri Ieſu Chriſti, ac ſalutem humani generis indicantem, lacerant & confringunt, pedibuſque conculcant: Eccleſias & Eccleſiaſtica loca, allas terras & villas, quas pro ſe tenere & cuſtodire non poſſunt, ignis incendio concremant, cunctaque depopulantur & vaſtant: & in tantum eorum invaluit & invaleſcit audacia, quod, niſi per Chriſtifideles ſub ſpe divinae potentiae viriliter obſiſtatur eiſdem, peſtifer ignis ipſe ſemper ulterius excandeſcens, ſingulas partes ipſas, proh dolor! diſſipabit.

Propter quod nos nuper cupientes periculis & malis huiuſmodi, quantum cum Deo poſſumus, obviare, ac ipſorum quieti fidelium ſalubriter providere, te, Fr. Epiſcope Coronenſis, Legatum, & dilectum filium Nicolaum Benedicti, Praeceptorem domus Venuſinae Hoſpitalis Sancti Ioannis Ieroſolymitani in dicta civitate Smyrnarum Vicarium & Capitaneum, cum certis galeis ſub noſtro & ipſius Romanae Eccleſiae nomine & vixillo tenendis,

de

de novo ad partes ipſas, ut ibidem ipſorum fidelium populorum & partium ſalutem, fideique negotium, utiliter proſequantur, de fratrum noſtrorum conſilio duximus deſtinandos: & nonnulla alia ſubsidia, pro ut malorum dierum conditio, & alia eidem Eccleſiae incumbentia, in aliis diverſis mundi partibus onera patiuntur, duximus eroganda. Per quae, quamdiu in eo, cuius res agitur, ſperemus indubie, quod negotia ipſa ad ipſius Domini noſtri ſuique ſacri nominis laudem & gloriam, ipſiuſque Catholicae, fidei & profeſſorum ipſius, defenſionem & exaltationem feliciter debeant proſperari; pro feliciori tamen proſequutione negotiorum ipſorum, quae longe maioris ſubventionis auxiliis indigere noſcuntur, & fidelium aliorum opportuna & caritativa ſubſidia inſtanter implorant, fideles ipſos ad id quibuſdam ſpiritualibus munificentiis, indulgentiis videlicet & remiſſionibus, providimus invitandos. Quocirca Fraternitati veſtrae per Apoſtolica ſcripta mandamus & committimus, quatenus ſtatum miſerabilem Chriſtianorum dictarum partium attendentes, tamquam praecones fideles & fortes athletae fidei contra infideles eoſdem, tu videlicet frater Epiſcope, in omnibus decretis legationis tuae partibus & provinciis, ſinguli vero

veſtrum fratres, Patriarcha, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, in ſingulis veſtris civitatibus & dioeceſibus, per vos & alias perſonas Eccleſiaſticas, ſeculares, & regulares, quorumcumque ordinum, quas ad hoc idoneas fore noveritis, Chriſti fidelibus, iuxta datam vobis & eis a Deo prudentiam, proponatis publice verbum Crucis: & venerabile ſignum eius, quibuſvis fidelibus illud ſuſcipere devote volentibus concedatis, ipſorumque homeris imponatis: fideles eoſdem, quos ad audiendum propoſitionem ipſam, quoties expedierit, ad loca idonea convocare poſſitis, ſolicitis exhortantionibus & opportunis inſtantiis inducentes ut ipſi ſuſcipientes cum reverentia ſignum Crucis, ipſumque ſuis cordibus imponentes, contra infidelium praedictorum perfidiam inſurgant viriliter, & negotium ipſum ferventer adſumant, & ferventius proſequantur. Et ut ipſi fideles tanto libentius praemiſſa proſequi ſtudeant, quanto ex ſuis laboribus potiorem gratiam ſe noverint percepturos; Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, & illa, quam nobis Deus, licet indignis, ligandi atque ſolvendi contulit poteſtatem, eiſdem fidelibus, qui cum galeis & aliis lignis navalibus, & alias in ſuccurſum & ſubſidium Chriſtianorum par-

tium

tium praedictarum, contra infideles eoſdem in perſonis propriis & expenſis, ſive per terram ſive per mare, infra proximos octo annos profecti fuerint, ac per unum annum continuum, vel interpolatim, in dicti proſequutione negotii fuerint commorati; nec non & illis, qui in proſequutione dicti negotii deceſſerint, vel in proſequutione huiuſmodi vulnerati fuerint, etiamſi alibi ubicumque ex talibus vulneribus decedere eos contingat, illam ſuorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti, & ore confeſſi, veniam indulgemus, quae conceditur tranſfretantibus in ſubſidium Terrae-ſanctae, & in retributione iuſtorum ſalutis aeternae pollicemur augmentum. Eis autem, qui non in perſonis propriis illuc acceſſerint, ſed ſuis dumtaxat expenſis, iuxta qualitatem & facultatem ſuam, bellatores idoneos deſtinabunt, per tempus unius anni in huiuſmodi proſequutione negotii moraturos; & illis ſimiliter, qui licet cum alienis expenſis, in propriis tamen perſonis illuc acceſſerint, per dictum tempus unius anni morabuntur, eamdem concedimus veniam peccatorum. Huiuſmodi quoque remiſſionis & indulgentiae volumus & concedimus eſſe participes, iuxta quantitatem ſubſidii

& de-

& devotionis adfectum omnes, qui ad ſubventionem dicti negotii de bonis ſuis congrue miniſtrabunt, aut circa praefata auxilium vel conſilium impenderint opportuna. Inſuper volentes, ut huiuſmodi pium negotium maioribus ſubſidiis adiuvetur, etiam illis, qui tantum de bonis propriis pro dicto negotio erogaverint, quantum eſſent illuc eundo, & inibi per unum annum continuum morando, & redeundo etiam expenſuri ſimiliter, vere poenitentibus & confeſſis eamdem ſuorum peccaminum veniam iudulgemus. Datum ut ſupra.

MCCCLXIV. Vrbanus V. Papa S. Petrum Thomaſium in Corinthio aliiſque Epiſcopatibus Legatum confirmat. Ex Urbani litteris *apud* Bollandum ad diem XXIX. Ianuarii, *unde etiam Epiſtolas Innocentii VI. tranſcripſimus.*

Anno MCCCLXXII. Gregorius XI. Pont. Max. Rainerio Acciaiuolio Corinthi Domino, aliiſque Regibus, & Principibus, ſcribit, eos hortans ut anno inſequenti die primæ Octobris Thebas omnes conveniant, contra Turcas Graeciam vaſtantes foedus inter ſe percuſſuri. Epiſtola, eſt quae ſequitur, ex Archivo ſecreto Vaticano eruta, num. 255.

Dilecto filio nobili Viro Raynerio de Aziaiolis, Militi Florentino, Domino Civitatis Corinthiensis, ſalutem, &c. Lacrima-

bi-

bili expositione Ven. Fratris noſtri Franciſci Archiepiſcopi Neopatren. latoris praeſentium, publicaeque famae atteſtatione, dolenter audivimus, quod impia gens Turcorum inimica, & perſequutrix, nominis Chriſtiani in tanta copia e ſuis finibus eſt egreſſa, & peccatis exigentibus noviter sic praevaluit, quod nonnullos populos partium Graeciae Chriſtianos profeſſione, licet ſchiſmatis ſciſſione a Catholicae & Apoſtolicae Ecclesiae unitate diviſos, uſque prope fines regni Ruſciae, ac Albaniae, & Principatus Achaiae, & Ducatus Athenarum, ſuae perfidiae per armorum potentiam ſubiugavit, & tenet adſtrictos ſub ſua miſerabili ſervitute, & tam potenter, tamque ferociter, terram tuam & alias partes Chriſtianorum obsidet, impugnat, & invadit adſidue, quod nisi obvietur eidem, de perditione terrae tuae ac Principatus, & Ducatus praedictorum, aliarumque terrarum fidelium ultramarinarum probabiliter pertimeatur. Nos igitur in tantis Chriſtianorum periculis de opportunis providere remediis cupientes, inter alia remedia, Deo dante, utilia ſuper reſiſtentia Turcis facienda praefatis, unionem tuae nobilitatis ac aliorum fidelium de dictis ultramarinis partibus providimus, & conſuluimus eſſe quam cito poterit faciendam, & ſuper hoc cer-

certis Praelatis ac Principibus, & Magnatibus, dirigimus ſcripta noſtra. Quare nobilitatem eamdem, de cuius intereſſe grandi agitur, in hac parte requirimus, & hortamur attentius, ac totis cordis adfectibus deprecamur, quatenus ad civitatem Thebanam, quae terris tuis vicina, & ad hoc tibi, ſeu tuis Ambaſciatoribus, ac aliis, qui in hac parte tangantur, quibus ſcribimus, magis accomoda reputatur; ad Kal. menſ. Octobris proxime ſequuturi accedere, vel tuos Ambaſciatores, & procuratores, cum pleno mandato ad tractandum, & faciendum unionem huiuſmodi cum Eccleſiarum Praelatis, & Principibus, & Magnatibus, qui in ipſa unione ligari, & contribuere, voluerint, & ad offerendum & promittendum, certum ſubſidium gentis armigerae in mari, vel terra tenendae mittere non poſtponas. Nos enim Archiepiſcopo praefato iniunximus, quod ad requirendum ex parte noſtra te, & eoſdem Praelatos ac Principes & Magnates, debeat perſonaliter ſe conferre, vel mittere alium loco ſui. Et quum ſit in mora periculum, & conventio requirendorum huiuſmodi propter longam eorum diſtantiam non poſſit citius commode fieri dictam nobilitatem rogamus ex corde, quatenus non expectata firmatione unionis praefate quam cito poteris

✠†††††† tuae

tuae gentis ſubſidium contra Turcos mittere non retardes, ſic promte, ſicque magnifice ſuper his futurus, qui tuis & totius Chriſtianitatis damnis & periculis provide obvies, & nihilominus exinde a Deo perenne praemium conſequaris. Nos interim de mittendo ad partes illas Apoſtolicae ſedis Legato, & aliis opportunis adhibendis remediis, dante Domino curabimus providere. Datum Avinione Idib. Novembris anno ſecundo.

Huius autem Epiſtolae ἀπόγραφον, quum aliunde non liceret, ex Monumentis Archivi Acciaiuoliorum Marchionum deſcripſi; ex quibus etiam notitias alias, quae ad Corinthum pertinent, facillime & commode erui: Si enim Archivum reſpicias, nullum aliud adeo exacte ordinateque digeſtum, domeſticiſque monumentis undique collectis abundantius, facile inveneris; ſi vero inclitos illos Dominos, & Principum illuſtriſſimorum adgnatos, conſideraveris, animi pendebis utique utrum magis in illis nobilitatem, decora, opes, amplitudinem, vel humanitatem ſingularem, liberalitatemque, ſubſpicias. Viveſcere in iis videtur egregii illius Nicolai; cuius ſupra mentionem fecimus, virtus, & favor, quo litteras litteratoſque viros impenſe proſequutus eſt; nam is fuit cuius opera Magiſter Zenobius Piſanus litterator, & Poeta clariſſimus Apollinari laurea donatus

eſt,

eſt, ut memoriae prodidit Matth. Villanius Lib. V. Cap. XXVI. *Vtinam ab Optimatibus huiuſmodi* Βιβλιοτάφοι *noſtri temporis diſcant, & tamdem Archiva ſua, ſi qua habent, Muſea, Bibliothecas, Scriniaque, alioquin inutilia, litteris & bonis artibus propitiores aperiant. Lubuit de illis heic paulo prolixius agere; nam ſi* Matthaeus Villanius, *ut de Acciaiuolis loqueretur, ſuae hiſtoriae filum prope abrumpere minime dubitavit, ut ipſe* Lib. III. Cap. VII. *ait; quid mihi non faciundum fuerat, ubi de iis agendi tanta opportunitas?*

MCCCLXXXV. Matthaeus Lippi ab Emporio, Dominicanus Corinthi Epiſcopus renunciatur. Ex Epiſt. Flor. ad Card. Piſanum.

Anno MCCCXCIV. Rainerius Acciaiuolius, Corinthi Dominus, naturae concedit; cuius teſtamenti ἀποσπασμάτια heic proferimus. Ita incipit. Nui Neri Acciaiuoli Signore di Corinto, e del Ducato d'Atene &c. Item volemo, che tutti i gioielli, paramenti, oro, argento, e pietre prezioſe, le quali furono levate dall' Ecleſia di Corinto, ſieno reſtituite alla detta Ecleſia, e così per lo ſimile a tutte l' altre Ecleſie del noſtro paeſe. *Et progreſſus aliquantum diſponit quod ſi ſuae* figlia Franceſca Ducheſſa lo gran Siniſcalco vole rendere la moneta, la quale mi deve dare, volemo che la detta Ducheſſa li renda Corinto.

Dat. Corintho an. Dom. MCCCXCIV. die XVII. menſis Septembris Indict. III.

Hic tamen non poſſum quaedam non animadvertere, & primum Leonicum Chalcocondylam Lib. IV. *tradere Corinthum poſt Rainerii mortem Theodoro Porphyrogenito genero dotalem ceſsurum fuiſſe, quod quidem non contigiſſe tam ex ipſo Rainerii teſtamento pateret, quam ex inſtrumento, quod ad annum inſequentem proferimus. Tamen oportet ut deinde vere Theodorus Corinthum adeptus ſit; ut ex iis, quae ad annum MCCCXCVII. adnotamus, elucet. Male tamen a* Chalcocondyla *paulo poſt dicitur, Corinthum relictum fuiſſe teſtamento Theodoro genero. De Rainerii enim teſtamento agens, & de Antonio eius filio notho, ſcribit:* Huic teſtamento reliquit Boeotiam, & Thebas urbem; nam Corinthum reliquit genero ſuo Theodoro Imperatoris fratri. *Secundo obſervabimus per haec eadem tempora alios quoque Florentinos in Graecia imperio potitos fuiſſe, ſeu ex cognatione cum Acciaiuolis, ſeu alia de cauſa, Eſau videlicet Bondelmontium, qui Manentis, & Lapae Nicolai Acciaiuoli ſororis, filius, Deſpotus Romaniae dictus eſt, & quem vix dubitem eſſe illum, quem Izaulum* Leonicus Chalcocondylas Lib. IV. *adpellat, & de quo quaedam narrat, quae non abludunt ab iis, quae in Epiſtola Florentinorum ad Spatam Albanorum Ducem continentur: quam quidem Epiſto-*

lam

lam ex Codice MS. Bibliothecae Riccardianae beic proferimus, & ad eius intelligentiam ex citato libro Laonici quaedam transſcribemus. Nam ex his & quis Spatas fuerit cognoſcemus, quumque eius generum Eſau fuiſſe ex Epiſtola percepturi ſimus. alterum quoque eiuſdem generum, quem Florentini non nominant, Prialupam Tryballum Aetoliae Principem fuiſſe deprehendemus, & quomodo captivus Eſau a Prialupa factus fuerit; quamquam Laonicus multa dicit quae minime cum Epiſtola convenire forte videantur, & quae ex Epiſtola, vel ſuppleri, vel corrigi debent. Verba Hiſtorici alias obſcura, & mox futura apertiſſima, ſunt quae ſequuntur. Principes Neapolitani ab Corcyra inſula pergentes (inſulam enim iſtam ea tempeſtate Parthenopes reges tenebant) & copias contrahentes proficiſcebantur contra Acarnaniam ut Albanos ex ſua regione deturbarent, & Arten Acarnaniae urbem captam recuperarent. Qui advenientes Arten obſederunt bellicaſque machinas muro admoverunt, ut urbem vi caperent. Spatas Albanorum Dux haud intra moenia ſe continebat, ſed extra urbem obambulans conſulebat Albanis, quos in unum collegerat, ut ſe promte ſequerentur ad praeſens periculum; quo impigre facto, opprimunt ſubito Italorum exercitum oppugnationi intentum, quos in fugam

pellunt, plurimis partim necatis, partim captis. Socius & auxiliaris aderat in eo praelio Prialupas Aetoliae princeps Tryballus adfinis Spatae Duci Artae. In hunc modum Spataei Acarnaniam occuparunt. Poſtea Carolus quum proficiſceretur ab Inſulis cum ſuis ſociis, nec non aliis quibuſdam, qui in ſocietatem belli venerant, offenſi Albanorum tyrannide, regionem Acarnaniae ſubegerunt, praeterea eripuerunt Aetoliam Izaulo regenti Dromaenorum urbem, & Aetoliam. Imperium Aetoliae antea penes Thomam Prialupae Tryballi filium fuit, & hoc pacto in Izaulum pervenit. Quum adiuvaret Prialupas Spatan & Albanos in bello, quod geſtum eſt cum Italis, Arten Metropolin Acarnaniae obſedentibus, evenit ut in eo praelio captivi complures, qui generis claritate excellebant admodum, in manus venirent, inter captivos hos exſtitit & Izaulus e grege Optimatum. Qui adoleſcens Regis Parthenopes (quae & Neapolis nuncupatur) forma erat liberali, & quantum ad mores attinet aequus et placidus. Hunc cum plurimis aliis captivum trahens Prialupas domum, ut mancipium tractavit, eoſque in cuſtodia adſervavit, moratus in Regia, volens eos propinquis reſtituere recepta pecunia, ſi venirent ſuos redemtum.

Vxor

Vxor Prialupae adoleſcentem viſum amare coepit; erat enim iſtius mulieris ingenium, ut, priuſquam peteretur, peteret viros prae intemperantia, cui obnoxia erat. Quum igitur ſtupri conſuetudinem cum adoleſcente habuiſſet, amore ardens & furens cum adoleſcente inſidias marito ſubornat. Mulier adoleſcentem ducit in cubiculum, in quo quieſcere ſolitus erat Prialupas Dux, ibique adiuvans adoleſcentem mulier Prialupam occidit, et illa una cum ipſo ad imperii gubernacula aſcendit. Quum autem ſibi tyrannidem ad eum modum paraſſet, nemini, niſi mulieri ſoli, placebat. At ultio haud multo poſt ſequuta eſt. Prialupas enim, qui filius erat, natus ex hac muliere, quum properaret ad Regem Moſem petens auxilium & praeſidium contra Carolum Acarnaniae principem, ut eam regionem in poteſtatem redigeret, captus eſt, oculique eius eruti ſunt. Regionem urbis Ioanniorum nemo ſubegit, petiit enim Carolum ſibi ducem, cui ubi primum urbis adminiſtratio eſt commiſſa, bellum fortiter admodum ſubſtinuit. Regnum hoc quum prius Tryballorum foret ad Izaulum, et Carolum Ducem, in hunc modum deſcendit. *Quae quidem lubenter etiam protuli in Patricioram Clariſſimorum Bondelmontium, & Ioſephi praecipue Iuvenis doctiſſimi, gratiam. Epiſtola autem Florentinorum eſt quae ſequitur.*

Illuſtri Principi, & Domino, Domino Spate, Deſpoto Romanie.

Audivimus, Illuſtris & Magnifice Princeps, Illuſtrem Dominum Eſau, Civem noſtrum, Deſpotum Romaniae, in manus cuiuſdam veſtri generi bellaciter, imo per malitiam, deveniſſe. Quam quidem rem totus noſter populus cum maxima turbatione mentium intellexit. Res equidem eſt deteſtabilis exempli, videre Dominos in ſuorum infidelitate perire; viroſque, qui belli famoſi ſunt, per proditionis facinus tam miſerabiliter captivari. Gener veſter eſt etiam Eſau; ut quum utriuſque ſocer ſitis, veſtrum ſit generos inter ſe componere; bellumque quod inter ipſos vigeat, ad pacem & concordiam revocare. Sublimitatem itaque veſtram quanta cum adfectione poſſumus exhortamur, quatenus vos medium inter hos veſtros generos adponatis; taliterque conemini quidquid inter ipſos diſcordiae iam fuit, auferre, quod adfines remaneant & amici. Sabinis, quorum filias in matrimonium Romani, ſicut legimus, rapuerunt, cum aciebus inſtructis cum generis pugnaturi forent, ſed rapte Sabine ſe medias interponentes pugnam paratam inter ſoceros & generos vetuerunt, & earum precibus ac lacrimis factum eſt, quod inter illos pax perpetua gigneretur. Vos ſocer com-

componite generos, & de diſſidentibus inimicis in fratres, & amicos veſtra prudentia, veſtriſque viribus, commutate. Nihil enim honorabilius vobis & Deo gratius poteſtis, quam hos veſtros generos habere concordes, & illius patriae populos in pacis dulcedine reformatos. Ceterum in huius rei gratiam nobiles viros Andream domini Laurentii de Bondelmontibus, & Vgonem de Alexandris, honorabiles cives noſtros, legationis officio deſtinamus, qui mentem noſtram vivae vocis miniſterio plenius explicabunt; quorum relationibus placeat in omnibus credere, tamquam nobis. Datum Florentiae, &c.

Quae in hac Epiſtola cum Laonico *conveniant ſunt*, Spatas, Eſau, *ſeu* Iſau, *nam quum per n ſcribatur* Iſau *pronuntiatur, atque ita etiam ſcribitur in teſtamento Franciſci eius fratris*, Prialupas *Spatae adfinis; & quod Eſau Italus Dromaenorum Princeps, adeoque forte Deſpotus, captus fuerit a Prialupa.*

Anno MCCCXCV. Carolus de Tocho Neapolitanus, Lucatae Dux, Rainerii Acciaiuoli gener, quum Franciſcam eius filiam uxorem haberet, Corinthi poſſeſſionem capit; nam Franciſcam Rainerius heredem inſtituerat, ut ex ſequenti Inſtrumento ex autographo, quod in Acciaiolorum Archivo exſtat, deſcripto patet:

In

In Dei nomine Amen. Anno Domini ab eius Incarn. milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto, Ind. III. die ſextadecima menſis Septembris, actum Florentie in populo Sanctorum Apoſtolorum, preſentibus teſtibus ad hec vocatis & rogatis, Annibaldo de Pantaleonibus de Florentia, & Sandro Nerii de Altovitis de Florentia. Pateat omnibus evidenter preſentis pagine ſeriem inſpecturis quod reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus Dominus Ludovicus de Prato Archiepiſcopus Athenarum, & Dominus frater Stephanus de Roma electus Epiſcopus Menonenſis, & nobilis & egregia Domina Domina Giſmonda de Acciaiuolis de Florentia, & nobilis, & egregius vir Donatus Albizzi de Acciaiuolis praedictis, conſtituti in preſentia mei Nicolai Notarii infraſcripti, & teſtium ſupradictorum, volentes detegere veritatem eorum iuramento per eos corporaliter preſtito dixerunt, adſeruerunt, adfirmaverunt, in verbo veritatis adteſtati ſunt, quod quum de anno Domini ab eius ſalutifera Incarnatione milleſimo trecenteſimo nonageſimo quarto de menſe Novembris ſecundum morem & curſum civitatis Florentiae, Carolus de Tocho de Neapoli, Dux Lucatae, & Comes Cephalonie palatinus, vir nobilis & illuſtris

Do-

Domine Domine Franciſche filie olim recolende memorie & illuſtris militis Domini Nerii de Acciaiuolis de Florentia, iam vita functo dicto Domino Nerio, veniſſet ad civitatem Corinthi cauſa capiendi dictam civitatem Corinthi, quam dicebat & adſerebat pertinere, & expectare ad dictam Dominam Franciſcam uxorem ſuam ex hereditate, & ſucceſſione dicti Domini Nerii, ut peteret a dicta Domina Giſmonda & Donato executoribus teſtamenti dicti olim Domini Nerii ſibi tradi tenutam & corporalem poſſeſſionem dicte civitatis Corinthi, dicta Domina Giſmonda & Donatus pepigerunt, & pro tunc firmaverunt cum dicto Karolo, quod dictus Karolus promitteret, & ſe obligaret obſervare & adimplere, & facere quod obſervaretur, executioni mandaretur ad unguem, teſtamentum dicti olim Domini Nerii, & quod ſubſequenter poſt praedicta dicti executores invexerint dictum Karolum in tenutam & poſſeſſionem corporalem dicte civitatis Corinthi, et Dominus Karolus Dux predictus per quamdam ſcripturam privatam ſigillatam ſigillo proprio dicti Domini Ducis promiſit et convenit dicte Domine Giſmonde, et Donato, et aliis executoribus teſtamenti dicti olim Domini Nerii ſe obſervaturum et adimpleturum, et ex-

ecu-

ecutioni mandaturum ad plenum, et ad unguem, et facturum, et curaturum quod obſervaretur et executioni mandaretur ad plenum teſtamentum dicti Nerii, et omnia et ſingula in eo contenta in preſentia plurium et plurium ibidem adſtantium, et maxime Gherardi de Davizis de Florentia unius ex executoribus dicti teſtamenti, et unam ſcripturam dedit et tradidit dictis executoribus, et quod poſtea Dominus Karolus cum dicta Domina Franciſca coniugali ſua, et cum dictis Domina Giſmonda et Donato executoribus receſſit de civitate Corſithi, et adceſſit ad inſulam Cephaloniam ſibi ſubpoſitam, et quum ibidem eſſet petiit a dictis executoribus ſibi reddi, et reſtitui, dictam ſcripturam, et quum ipſi reſponderent ſe miſiſſe dictam ſcripturam ad civitatem Florentiae ad nobilem et egregium militem Dominum Donatum de Acciaiuolis olim germanum dicti Domini Nerii, dictus Karolus dux praedictus dixit eiſdem, vos numquam recedetis hinc, & vos hic mori faciam, niſi mihi reddatis dictam ſcriptam, vel contrariam ſcriptam faciatis, & eoſdem per vim & violentiam coegit eorum manibus ſubſcribere, & eorum ſigillo ſigillare quamdam ſcriptam in qua contineri voluit, & fecit, quod ipſe Karolus Dux predictus obſervaverat et

adim-

adimpleverat & executioni mandaverat ad plenum teſtamentum dicti olim Domini Nerii, et quod vigore dicte private ſcripte, de qua ſupra primo fit mentio, nihil ab eo, vel in eius bonis, de cetero peti poſſit. Cui ſcripte coegit dictum Dominum Ludovicum Archiepiſcopum, & dictum Dominum fratrem Stephanum ſe ſubſcribere in teſtes, & ſigillo eorum ſigillare. Et quia dicti executores ſubſcripſerunt dictae ſcriptae eſſe per vim et violentiã & timore mortis, & dicti Karoli Ducis, & coacti per dictum Karolum, & ſimiliter dicti Dominus Ludovicus & Dominus frater Stephanus coacti per dictum Karolum et timore mortis ſe ſubſcripſerunt in teſtes dicte ſcripte, et ſic adteſtati ſunt et in verbo veritatis adfirmaverunt. Dixerunt tamen dictus Dominus Archiepiſcopus, & dictus Dominus frater Stephanus, ſe non fuiſſe preſentes niſi dicte ſcripte ſupradicte falſe, & non vere, & iis quae geſta ſunt in dicta Inſula Cephalonie, ut dictum eſt.

{N.}

Ego Nicolaus olim Andree de Gambaſſo Civis Florentinus Imperiali auctorita-

te

te Notarius, & Iudex ordinarius, praedictis dum agebantur interfui, eaque rogatus scripsi et publicavi, ideo me subscripsi, et solito signo signavi.

MCCCXCVII. Theodorus Porphyrogenitus Peloponnesi Despota, Emmanuelis Palaeologi Imperatoris frater, Rhodiis Equitibus Corinthum, Spartam, & reliquum Peloponnesum vendit, & tradit, ut eam contra Saracenos tuerentur. Manuel Palaeologus Orat. in Theodorum fratrem Tom. XXVI. Bibliothec. Max. Patr. Iacob. Bosius Part. II. Histor. Relig. Ierosolymit. Lib. IV. *Sed anno* 1304. *quum imperium illorum Equitum Graeci detrectavissent, iterum Corinthi ditionem recipere coactus est.* Dufresnius Lib. VIII. *Illam autem rem ita describit* Protovestiarius Lib. I. Cap. XX. Theodorus Despota rem Romanam tantis fluctibus agitatam, & urbem Imperatoriam tandiu obsessam, tamque dira fame oppressam, periculosum insuper in Peloponneso bellum, & Christianorum Principum succurrere velle neminem; cernens, omni spe abiecta, una triremi Rhodum navigans, Spartae Principatum societati Ioannis Baptistae, & Prophetae, vendidit. Ea societas quosdam Crucigerorum (crucem enim gerebant) eo ad possessionem adeundam transmisit. Quibus incolae conspectis

&

& auditis, quae acta eſſent, hortante iracundia, cum ſudibus, & ſaxis, ad eos occidendos procurrunt. Aſt Epiſcopus illius loci interveniens, & vulgus de huiuſmodi ſeditione compeſcenda adloquens, effecit, ut dictis obtemperarent. Triduum itaque Crucigeris praefiniunt, quibus Spartae finibus cum pace excederent. Quod nisi exceſſiſſent, malum habituros. Illi, quod adparebat rem non ituram, & tumultum potius excitari, atque animos exacerbari, & vitam ſuam in diſcrimen adduci, domum remigrant.

Anno MCDII. Filibertus de Nailaco Magnus Ordinis Ieroſolymitani Magiſter, homines quosdam Corinthios ob res pro illo Ordine bene geſtas remuneratur, & Davidem Hieromonachum in primis, Corinthi Archimandritam, cui agrorum donationes quasdam a Rainerio Acciaiuolio, & Theodoro Porphyrogenito, factas, & a Commendatore, ut vocant, Fratre Elia de Foſſato inſtauratas, confirmat. Boſius *loco ſuperius citato.*

Anno MCCCCIV. Deſpota Peloponneſi Palaeologus Porphirogenitus Corinthum, eiuſque regionem, a Rhodiae militiae equitibus recipit, Iunii menſis die XIV. Chronicon breve. *Conſule ſuperius ad annum MCCCXCVII.*

Anno MCCCCXV. Forte ad Eccleſiam urbemque Corinthiam aliquo modo pertineant,

quae

quae Cenchris Corinthi ἐπινείῳ contigiſſe narrat Protoveſtiarius Lib. I. Cap. XXXVIII. *his verbis.* Anno Mundi 6923. Domini 1415. die Martii 13. Imp. Manuel incolumis in portum Cenchreorum venit, & 8. Aprilis expurgare, & inſtaurare Iſthmum ipſum coepit; cuius latitudo eſt ab uno mari ad alterum orgyiae ter mille, & octingentae; longitudo vero a terra Hellade, sive Attica, poſtquam deſcenderis via aſpera, quae vulgo *πλάγιον κακὸν*, malae viarum ambages, dicitur, donec in planitiem infra venias, quo in loco muri hi Iſthmi aedificati erant, ſtadia triginta. A muris autem Iſthmi, uſque Corinthum urbem praecelſam, colles, & tumulos, & extrema Iſthmi, ſtadia conficiuntur. Videtur Peloponneſus folio platani simillima, cuius caulem exprimit Iſthmus, in quo ſurgunt turres centum quinquaginta tres, & in marmore quodam ſcriptura huiuſcemodi reperta eſt. ΦΩΣ ΕΚ ΦΩΤΟΣ, ΘΕΟΣ ΑΛΗΘΙΝΟΣ ΕΚ ΘΕΟΥ ΑΛΗΘΙΝΟΥ ΦΥΛΑΞΗΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΝ, ΚΑΙΤΟΝ ΠΙΣΤΟΝ ΔΟΥΛΟΝ ΑΥΤΟΥ ΒΙΚΤΟΡΙΝΟΝ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΕΝ ΤΗ ΕΛΛΑΔΙ ΟΙΚΟΥΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΕΚ ΘΕΟΥΖΩΝΤΑΣ. *Lumen ex lumine, Deus verus de Deo vero, cuſtodiat Iuſtiniа-*

nianum Auguſtum, & fidelem eius miniſtrum Victorinum, & omnes Helladis incolas, ſecundum Deum viventes.

MCDXXI. Corinthus Reip. Venetae a Centurione Zacharia donatur. Coronellus. *Non video tamen quomodo id conſiſtere poſſit cum iis, quae inſequenti anno proferimus.*

Anno MCCCCXXII. Florentini Thomam Alderottum conterraneum ſuum ad Ant. Acciaiuolum Corinthi Dominum, oratorem mittunt, cui haec agenda tractandaque cum ipſo praeſcribunt, quae in ſequenti Inſtrumento, ex Archivo Reformationum extracto, continentur.

Nota ed Inſtruzione a te Tommaſo Alderotti Cittadino Fiorentino, Ambaſciador del Comune di Firenze, di quello ai da fare col Magnifico Sig. Antonio degli Acciaiuoli, Sig. di Corinto in Romania, fatta, e deliberata per gli Magnifici, ed Eccelſi Signori Priori dell' Arti, e Gonfaloniere di Giuſtizia del Popolo, e Comune di Firenze, e i loro ſpettabili Collegj.

Sarai alla preſenza del detto Sig. Antonio, e dopo la ſalute, e le offerte per parte della Signoría noſtra fatte, gli dirai come avemmo le ſue lettere, e udimmo quanto ci rapportò Rinaldo Menzuola per ſua parte, alle quali ſi riſpoſe, e ringraziatolo per parte della noſtra Signoría dell' offerte, e che noi le accettiamo come

d' amico, e buon cittadino di queſta città, come ſempre ſono ſtati i ſuoi antenati e che in qualunque coſa accadeſſe, lo richiederemo confidentemente così come faremo per lui, e per lo ſtato ſuo, perchè deſideriamo ogni ſua grandezza.

E dirai come la noſtra Comunità ha deliberato di navigare con galee groſſe nella parte d' Aleſſandria, e di Sorìa, e ancora nelle parti di Romanía, e ſe per lo paſſato non ſi è fatto, è ſtato per non avere avuto la marina ſpedita, come al preſente; e che gli piaccia provvedere, che ne' ſuoi luoghi e parti, e de' ſuoi amici, i noſtri legni e robe e mercanti poſſano uſare ſicuramente, e ſiano benignamente trattati, e che ne' pagamenti delle gabelle, o dazi, noi ſiamo così ben trattati, come ſono qualunque altra nazione che vi ſia, cioè come Veneziani e Genoveſi, quale meglio trattato vi foſſe, e che lo debba fare per riſpetto della Cittadinanza, e che non ſarebbe onore della ſua Signorìa, che i Fiorentini non aveſſono quelle franchigie, che alcun altro, o più. E di queſto intendi bene la ſua riſpoſta e la ſua intenzione, e ſe ti pare utile averlo per ſcrittura, fallo; e moſtragli che a lui ed alla ſua Signorìa ne ſeguirà onore ed utile, che e' noſtri legni ed i noſtri mercanti vi uſino, moſtrando

che

che ſiamo andati a fare gran coſe, e che quanto ſi farà maſſimamente ſotto la fidanza di ſua Signorìa, uſando quelle parole utili alla materia.

E ſe ti domandaſſe, ſe queſt' anno ſi manderà galee groſſe, digli di sì; ma che non era fatto; ſicchè il tuo parlare in ciò ſia ſoſpeſo, ma in Aleſſandria e Baruti ſi manda di certo, cioè due galee, che anderanno in Aleſſandria e Baruti.

Ancora anderai al Duca di Cefalonia, eziandio in prima ſe ti attaglia, colla medema ambaſciata; ma egli non ha ſcritto, ſicchè non biſogna ringraziare; ed ancora mutar le parole in quella parte, che egli non è Fiorentino, ma la madre fu ben Fiorentina, ſicchè puoi dire, che noi lo reputiamo come cittadino. E poi ſeguita come di ſopra con quelle parole più o meno ſecondo il grado ſuo, che ſi richiede alla ſua Signorìa.

Sempre avendo riguardo di non obbligare il noſtro Comune in alcuna coſa particolare, ma impegnati d'aver da loro, eziamdio per ſcrittura ſe biſogna, più obbligo che puoi, e di quanto farai ci avviſa per tue lettere ſe vi è paſſaggi.

Atque ita quidem illi. Id quod totum erutum eſt ut diximus ex Archivo Reformation. Florent. *ex libro, qui inſcribitur* : Libro d' In-

ſtruzioni I. ovvero L. del 1322. al 27. a 3. Arm. R. Lib. 2. Informazioni del tempo di Paolo Brandi Cancelliere 1422.

Anno MCCCCXXXV. Antonius Corinthi Dominus ex apoplexia diem ſupremum obit. Laonicus Chalcocondylas Lib. IV. Gaddius Elogiis.

Anno MCDXXXXVI. Indict. X. Sanctiſſimus Metropolita Dominus Malachias, poſt obitum Sanctiſſimi Marci, Corinthum venit. Chronicon Breve.

Anno MCCCCLV. Quum Muhammedes II. Franciſcum Antonii Fr. Acciaiuolium ultimum Athenarum Ducem vita privaviſſet, eius uxorem, Demetrii Aſani Corinthi Domini filiam, Conſtantinopolin captivam abduxit; de qua tamquam Corinthi Domini filia non abs re erit ea heic referre, quae Emmanuel Malaxus *Epiſtola Martino Cruſio ſcripta anno MDLXXVII. narrat; anno videlicet mundi* 6964. *Sultanum, Athenas cepiſſe, & earum Duce caeſo, uxorem & liberos eius, conſtantinopolin traduxiſſe. Erat ea Principis Corinthi, Demetrii Aſani, filia, formae dignitate, qua facie, qua toto corpore, longe excellentiſſima; eoque nomine per totam urbem clariſſima & celeberrima. Quum igitur eius fama ad aures Protoveſtiarii perveniſſet, ita cum Imperatore ſe geſſit ut ad eam acceſſum habuerit, qui quum viſae inſano amore accenſus fuiſſet Baſ-*

ſam

ſam inſtigat ut Patriarcham Ioaſaphum CP. mulieris ducendae poteſtatem ſibi dare compellat. Sed quum Patriarcha ſciret Protoveſtiarium uxorem habere, coniugium adulterinum concedere renuit; quare Baſſa, quum Sultanum ſubornaſſet, obtinuit ut Patriarchae barba praecideretur, magni autem Eccleſiarchae naſus ab utroque latere finderetur; cum Patriarcha enim conſentiebat. Hanc poenam illicum magna conſtantia ſubſtinuerunt. Itaque Protoveſtiarius turpem amoris ſui cupidinem explevit accepta poteſtate a Baſſa eam uxorem ducens contra leges, legitima uxore ſua, & liberis abdicatis & expulſis prorſus. Sed tantum ſcelus diu non fuit impunitum, nam die quadam quum aleae & teſſeris luderet, dum teſſeras iacit horribilem in modum dentibus ſtridens illico exſpirat.

MCDLVIII. Muhammedes II Turcarum Rex Corinthum capit die VI. Auguſti. Laonicus Chalcocondylas Lib. IX. Hiſtor. Chronicon Breve. Protoveſtiarius Lib. III. Morerius. Fleurius ad hunc annum. *Muhammedis autem huius Epiſtolam Pontifici Maximo ſcriptam heic proferimus, qualem* Io. Buchlerus *in ſuo* Theſauro Laconicarum Epiſtolarum *exhibet; vera ne ſit an ſuppoſititia non quaero, quum veram, & aliunde comprobatam, hiſtoriam referat, nec adeo immani & barbaro Imperatore indigna ſit.*

Turcus Pontifici Romano.

Corinthum, urbem Achaiae nobiliſſimam, Aetolos, Acarnanes, Macedoniam, atque omnem Peloponneſum, armis invaſimus: vicos praeterea, agros, & oppida late incendio depopulati, ut mox in Italiam bellum transferamus. Haec tibi omnia cum ſummo Chriſtianorum metu ac detrimento nuntiamus.

MCDLXIV. Veneti Corinthum fruſtra obſident; eorumque Dux Bertholdus ictus lapide interit. Chronicon Breve. Protoveſtiarius Lib. III. Cap. XXV. I. & Philelph. Lib. XXI. Epiſt. *Mirari autem ſubit, quod* Pius II. Epiſt. LII. ad Philippum Burgundiae Ducem *Corinthum a Venetis captam fuiſſe adfirmet; niſi capta fuerit, & ſtatim Turcarum metu derelicta. Eius verba ſunt*: Corinthum Venetorum copiae acceperunt, ubi vulneratus dux exercitus paulo poſt obiit. Praefectus claſſis timore quodam inani perculſus, tamquam infinitae hoſtium turmae ad ſe debellandum venirent: ſimulque imbribus & frigore vexatus, murum quem ſumtu maximo & ingenti celeritate ad Iſthmum erexerat, contradicentibus ſociis, & amicis, relinquere ſtatuit, collectiſque machinis & omnibus armamentis in claſſem ſeſe recepit, & apud Neapolim in portu navales copias conti-

tinuit. Equitatum pedeſtreſque ſocios intra Peloponneſum per hiberna diſtribuit.

MDXIV. Iulius Corinthienſis Epiſcopus Concilio Lateranenſi V. intereſt. Labbeus Tom. XIX.

MDLXV. Sophronius Corinthi Epiſcopus Synodo Conſtantinopolitanae contra Ioſephum Metropolitam Hadrianopolitanum coactae ſubſcribit. Labbeus Tom XXI. *An Sophronio praeceſſerit, vel ſucceſſerit in Corinthio Epiſcopatu Ioaſaphus, ſeu Ioſephus, ignoro, quum eius Epiſcopatus tempus exacte determinare nequiverim; ſed ex* Martino Cruſio *tantum intellexerim, Ioaſaphi Epiſtolam, quam nunc produco, eſſe ex iis, quae ab anno MDXXXXVIII. ad annum MDLXXX. ſcriptae fuerunt. Epiſtola igitur huius Epiſcopi ex* Lib. III. Turcograeciae *deſcripta, in Latinum converſa, ita habet:*

Corinthii Metropolitae, Viri ſapientis.

Quum D. Stamatius Zygomalas, Muſicus praeſtantiſſimus, noſtrae humilitatis viſendae cauſa huc veniſſet, interrogavit, num hoc, quod ſequitur, coniugium legitimum eſſet. D. Ianules Cubles habuit filiam, nominae Reginam. Suſtulit idem Ianules e ſacro fonte Marietam, eiuſdem Stamatii filiam. Damianus deinde quidam Zachakatus, ducta in matrimonium antea

Regina, Ianulae filia, eademque mortua, uxorem duxit ſecundis nuptiis ſpiritalem filiam eiuſdem Ianulae, ipſam Marietam. Id vero nimiſquam legibus adverſatur, nec conceditur. Vnus vir duxit duas ſorores. Id quomodo non ſit abſurdum? Nam Ianules ille Cubles, Reginae pater corporalis eſt; Marietae vero, pater ſpiritalis: ita ut ipſae ſorores ſint, unius patris liberi, ex divinae legis conſtitutione: praeſertim, quum in ea maior etiam perhibeatur ſpiritalis cognatio, quam carnalis. Quamobrem & nos de hoc negotio conſulti, & ſaluti animorum conſulere debentes, omnibus, quos haec latent, notum facimus, hoc coniugium eſſe illegitimum, prohibitum, inconceſſum in aeternum, niſi diſiunctio fiat. Arbitror autem imo certo perſuaſum habeo, non hoc modo rem expoſitam fuiſſe noſtro fratri, & rerum ſacrarum collegae, ſancto Nauplii Praeſuli. Si enim cognitam habuiſſet, profecto conceſſurus non fuiſſet, nec poſtquam facta eſt, ratam habebit; ſed divellet, prorſuſque ut profanam, & impuram, copulam ſeparabit.

Corinthi Metropolita, Ioaſaphus.

MDCXIII. Guillelmus Archiepiſcopus Corinthienſis honorarius. Mabillonius Annal. Benedictini Lib. XIV. ad annum 653. n. XXVI.

MDCXXXV.

MDCLXXV. Franciſcus Marci Senatoris F. Martellius Florentinus, Canonicus Eccleſiae Florentinae, Archiepiſcopus Corinthi honorarias renunciatur, qui deinde Cardinalis creatus eſt, atque anno MDCCXVII. occubuit. Huius quidem lubenter heic mentionem fecimus, quod conterraneus noſter eſſet, & patruus Ioſephi Mariae Θεοφιλεςάτου *Archiepiſcopi Florentini, qui in praeſens patriam Eccleſiam ſapientiſſime regit ac moderatur; hancque notitiam debeo humanitati viri longe eruditiſſimi Salv Salvinii Canonici Florentini, ac publici in patria Academia Profeſſoris, qui praeter multa alia a ſe elucubrata & in lucem edita, hiſtoriam etiam omnium Eccleſiae Florentinae Canonicorum prope ad umbilicum deduxit, quae utinam cito in vulgus prodeat, Florentinae hiſtoriae non modicum incrementum. Eiuſdem peritiae acceptam quoque refero notitiam Metropolitae Corinthii Matthaei Lippi ab Emporio Civis Florentini, quem ſuperius ad annum MCCCLXXXV. commemoravi, & quem etiam a* Seraph. Razio De Viris illuſtribus Ordinis Praedicatorum *ſub nomine* Matthaei Coſtini *indicatum cenſeo. Idem pariter Salvinius excerpta quaedam ex Teſtamento Franciſci Bondelmontii, quod ad annum MCCCXCIV. laudavi, mihi perhumaniter dedit. In eis Rex Iſau, ut ibidem vocatur, Deſpotus Romaniae, eius frater, heres inſtituitur, anno MCCCXCI.*

& hoc Teſtamentum in Archivo publico Florentiae adſervatur. Quando autem Eſau & Franciſci Bondelmontii heic mentionem fecimus, de illo animadverto non mirum, ſi a Chalcocondyla *Izaulus, aut Iſaulus, nominetur, quum apud Graecos recentiores huiuſmodi quorumdam nominum terminatio eſſe videatur, ut patet ex nomine* Ianules, *pro* Ioanne, *aut* Iano, *quod in Epiſtola Ioſephi Corinthii Epiſcopi ſuperius prolata habetur. De hoc vero obiter obſervaverim, vix Nicolaus Acciaiuolus magnus Siciliae Seneſcalcus, cuius vitam* Matthaeus Palmerius *conſcripſit, anno MCCCLXVI. vitae conceſſit, ei ſuffectum fuiſſe Angelum Acciaiuolum eiusdem filium, & hoc eodem anno una cum Franciſco Bondelmontio memorato a Regina Neapoleos in cuſtodiam coniectum fuiſſe, de qua re multos Reip. Florentinae queſtus legi in Epiſtolis, quas illa ſcribit hac de cauſa eidem Reginae, & aliis principibus viris; quaeque habentur in* Archivo Reformationum Codice Epiſtolarum anni MCCCLXV. & ſequentis, *niſi memoria me fallit Ceterum pars noſtri propoſiti non fuit Archiepiſcopos omnes Corinthios titulares heic recenſere quod & faſtidioſum eſſet & parum utile; quemadmodum neque recenſuimus recentiores Archiepiſcopos, qui dum Peloponneſus ſub dominio Venetorum fuit, Corinthiae Eccleſiae vere praefuerunt; ſeu quia nobis eorum notitia non occur-*

currit ; ſeu quia animum tantum induximus ea Corinthiae Eccleſiae memorabilia litteris mandare, quae ex noſtra domeſtica lectione. & ex patriae noſtrae monumentis haurire, & idemtidem carptimque colligere licuit. Maius opus movere nec noſtri otii, nec virium noſtrarum, erat ; praecipue quum meae venerationis argumentum, non abſolutam, quam etiam ſperare nefas, tantae quidem, ſed dudum deplorandae, Eccleſiae hiſtoriam, Reverendiſſimo Metropolitae hodierno obferre nobis adriſerit. Quando autem Corinthiam Eccleſiam deplorandam dicere potui, huius civitatis, qualem in praeſentia ſe habet, brevem deſcriptionem heic addam, ex Iacobi Sponii & Georgii Welheri *Itinerario* *traductam, & ad Latinas aures ex Gallica lingua translatam. Anno igitur MDCLXV. & ſequenti* Sponius & Welherus *laudati in Italiam & Graeciam peregre profecti ſunt, atque haec de Corintho memoriae prodiderunt*: Huius urbis aedificia hortis, malorum Medicorum copia abundantibus, contigua ſunt. Arbores illae ita ſeruntur, ut ſparſim in brevium nemorum ſpecies coaleſcant, culto aruo interiacente. Vrbis pars aedium frequentia celebrior circa forum eſt, quod tamen non magni faciendum. Itaque Corinthum vicum adpellare non dubitaſsem, niſi vaſtior eſſet, ditioreſque incolas contineret, quam eiuſmo-

di oppido congruant ..... Acrocorinthus unius horae iter Corintho diſtat. Eius compita praerupta ſunt, atque iter anguſtum. Vnicus eſt introitus, ſed geminam portam tranſire opus eſt, antequam interiora quis penetret. In eo tria Turcarum delubra exſtant, & quinque aut ſex exiguae Graecorum Eccleſiae. D. Nicolai aedes Metropolitana eſt, in eaque codices quosdam manuſcriptos inſpeximus, & inter alios D. Ioannis Chryſoſtomi Liturgiam in membranaceo volumine, quod vetuſto more convolvebatur, exaratam.

Vrbs ad Septemtriones huius montis Orientem verſus ſita eſt. In ea duo tantum Turcarum fana exſtant, & una Graecorum Eccleſia, quae Panagia dicitur, quaeque Corinthii Metropolitae ſedes eſt. Sub arcis moenibus, qua urbs iacet, exigua aedes in rupe eſt D. Paulo ſacra. Quum quis huius urbis Chriſtianos deridere vult, exprobrat eis ex illorum Corinthiorum genere eſſe, qui increduli monitus & documenta huius Apoſtoli contemnebant. Addit etiam Corinthium quemdam quum Antidoron, aut panem, quem Papas poſt Liturgiam adſiſtentibus tradit, ſumeret, digitum etiam illius momordiſſe, abſcidiſſe que, & ex crepidine rupis, quae huic aediculae imminet, ſubſpendiſſe. Et profecto in praeſens

ſens etiam parum pietatis & religionis illi praeſeferunt, & vix unum, ſi Archiepiſcopum excipias, inveneris, qui Epiſtolas, quas eis Paulus ſcripſit, legere & intelligere valeat. Adeoque paſſim videre eſt eos a Chriſti ritibus ad Turcarum ſuperſtitionem tranſvolare; & urbs, ſeu oppidum, quomodocumque eam adpellare velis, incolas dimidio plus Muhammedanos complectitur. Narraverunt nobis inter alia, quomodo tres Papae anno praecedenti ad Muhammedis orgia defecerant. Primus fuit quidam, qui comeſſans ac capacioribus poculis utens ebrius factus ſe piratas in domo quadam vidiſſe adſeruerat; id quod ſtatim Vaivodae relatum fuit. Is quum Papam illum accerſiviſſet, & de piratis interrogaſſet, rem negari a Papa, quid per ebrietatem dixiſſet oblito vidit. Quare ſubſpicatus eum cum piratis eſſe foederatum, centum ei plagas virgis infligi iuſſit, & ad triremes damnavit. Abducto promiſſam barbam raſere (eam enim Presbyteri, & Calogerontes, ſeu Monachi, promittunt) id quod ita eum dolore & triſtitia adfecit, ut ſe inter Turcas nomen dare velle proclamaret. Adeoque Chriſtum eiurare coactus Muſtapha Papas adpellatus eſt. Alter, qui eo melior non erat, Stamatii Cavallarii cuiuſdam conſuetudine utebatur, & die

qua-

quadam nonnulla ei ſubripere adgreſſus e veſtigio in vicum quemdam cum ſua concubina aufugit. Stamatius quosdam, qui eum inſequerentur miſit; at ille, quū ſe ex eorum manibus eripere non poſſe cognoſceret, conviciis eos adpetivit, edixitque ut caverent, nec quidquam in eum adtentarent, eo quod Turca eſſet. Verbum inſubide prolatum, inibi eſt obligatio, qua quis amplius liberari non poteſt; adeoque Chriſtianam fidem eiurare coactus eſt. Tertius denique quum ab Archiepiſcopo ad ea, quae Eccleſiae debebat, ſolvenda compelleretur, eum precatus eſt ut exſpectaret adhuc,& ſuam extremam paupertatem declaravit. Sed Antiſtes eum exaudire noluit, ordineque movit, & in eius locum alium ſuffecit. Verum,quod amplius miſerum hunc presbyterum irritavit, fuit, quod quum Liturgiae die inſequenti intereſſet, eum turis ſuffitu, ut alios, vaporare noluerunt; ex quo ita excanduit contra novum Papam, qui eius locum occupaverat, ut poſt peractam Synaxim, eius pileolum in terram deturbaverit, & ex Eccleſia egreſſus ad ſe circumcidendum procurrerit. Corinthus mille circiter quingentis habitatoribus frequens eſt; ſed ager vicis, & villis, abundat, ita ut inter Corinthum & Sicyonem viginti quinque numeraverimus. Itaque mirari non ſubit ſi Corinthi

Prae-

Praeſes, trecenta, ut ferunt, oppidula ſub ſua ditione habet. *Atque ita quidem illi. Quis tempeſtivum modo non cenſeat lamentabile huius Vrbis fatum Epigrammate, quo olim Antipater, deplorare?*

Ποῦ τὸ περίπλεβτον κάλλος σεο Δωρὶ Κόρινθε;
Ποῦ ϛεφάναι πύργων, ποῦ τὰ πάλαι κτέανα;
Ποῦ νηοὶ μακάρων, πᾶ δώματα, ποῦ δὲ δάμαρτες
Συσιφίαι; λαῶνθ' αἱ πότε μυριάδες;
Οὐδὲ γὰρ εὐδ' ἴχνος πολυκάμμορε σεῖο λέλειπται
Πάντα δὲ συμμάρψας ἐξέφαγε πτόλεμος.
Μοῦναι ἀπόρθητοι Νηρήϊδες ὠκεανοῖο
Κοῦραι, σῶν ἀχέων μίμνομεν ἀλκυόνες.

Dorica dic ubi ſit praeſtãs tua forma Corinthe?
Dic ubi ſunt veteres divitis urbis opes?
Dic ubi templa Deũ? turres & tecta ſuperba?
Matres? & populi maxima turba tui?
Nulla tui infelix veſtigia ſtare videmus,
Hoſtica comminuit talia cuncta manus.
Solae non paſſae damnum Nereides ullum
Angimur uſque tuis luctibus Halcyones.

MDCLXXXVII. Corinthus Venetis ſe dedit. Marcus Battaglinius Annal. ad hunc annum n. 28.

Georgius, ſeu Gregorius, Pardus Smyrnaeus patria (quem ideo quidam cum Cointo Smyrnaeo male confuderunt, quum noſter paſſim pro Georgio Corinthus *adpelletur) Co-*

rin-

rinthius Metropolita fuit, ſcripter incertae aetatis, ſed qui aliquatenus ſuperiora tempora attingat, nec poſt ſaeculum XII. vixerit. Nam in fine Codicis eius Expoſitionum in Canones Coſmae, & Ioannis Damaſceni, legitur eum ſcriptum fuiſſe a Leone Rhegino Calligrapho anno Mundi 6733. *Chriſti videlicet MCCXXV. ut teſtatur* Allatius De Georgiis, *& ex eo* Guil. Caveus. *Ante haec tempora igitur eum floruiſſe oportet; adeoque ſaeculo XII. ut quidem* Io: Alb. Fabricio *videtur* Lib. V. Cap. VII. Biblioth. Graecae n. XV. *Nihil amplius de Georgii huius vita mihi cognoſcere licuit, quare ad eius operum & commentationum commemorationem tranſibo, quod eo diligentius faciam quo certior ſum Chriſtianis temporibus urbem nobiliſſimam Corinthum Scriptores alios fere nullos, ſi Sanctum Dionyſium & Bacchylum excipias, protuliſſe; niſi quod Honeſtum quemdam Corinthium poetam in* Anthologia Epigrammatum *invenio, quem poſt Chriſtum vixiſſe non videatur dubitandum. Quare non multum mirandum, ſi & biſce poſtremis temporibus nemo Corinthius doctus memoratur a* Demetrio Procopio, *in ſuo Commentario* De Graecis Eruditis praeſentis & ſuperioris ſaeculi, *ſcripto ad Bucureſtum anno MDCCXX., & Graece ac Latine edito a* Fabricio *in calce*

XI.

XI. voluminis Bibliothecae Graecae, *quum viris eruditione conſpicuis, & ſcriptis operibus celebribus, etiam antequam in tantas ruinas, & infortunia, & deſolationem, laberetur, numquam foecunda fuerit. Sed iam Georgii Pardi opera recenſeamus, quorum quaedam ſacra ſunt, quaedam vero Grammatica, Rhetorica, & Philoſophica. Sacra ſunt*

Expoſitiones in Canones, ſeu Hymnos, in Graecorum Officiis cantari, aut recitari ſolitos.

Grammatica.

De Dialectis excerpta.

De Dialectis.

De figuris Poeticis.

De Soloeciſmo, & Barbariſmo, & de Syntaxi.

Rhetorica.

In Hermogenis Librum de Methodo δεινότητος.

Enarrationes quaedam in Hermogenis Rhetoricam.

Philoſophica.

Scholia in Ariſtotelem de Anima.

Qui libri fere omnes MSS. ſunt, & in diverſis Bibliothecis exſtant, de quibus, quemadmodum & de Auctore, conſulendi Allatius, Fabricius, Caveus, Geſnerus, Poſſevinus, Sixtus Senenſis.

Invenio etiam Guillelmum quemdam Do-

mi-

minicanum Corinthi Archiepiſcopum a Seraph. Razio *memoratum, ſed quum illius aetatem non indicet, hic eum recenſuiſſe ſuffecerit.*

Quum invenerim apud Io. Alb. Fabricium Tom. XIV. Bibliath. Graecae *Epiſtolam quamdam apocrypham a Corinthiis Paulo Apoſtolo ſcriptam & Pauli ad eos reſponſum, operae pretium eſſe duxi eas ad calcem huius hiſtoriae reiicere, ne locum in veraci hiſtoria ψευδεπίγραφα haec, & ὑποβολιμαῖα obtinerent, & tamen haec qualiſcumque cognitionum acceſſio noſtro commentariolo non deeſſet fingitur in his Simonem Magum illum Samaritem, & Cleobium eiusdem furfuris hominem, Corinthum adveniſſe, & ibi ſua exitialia dogmata diſſeminaſſe; quae quidem confutat Paulus iis reſcribens. Epiſtolae hae ex Armena in Latinam a* M. V. de la Croze *converſae fuerunt, & ſunt, quae ſequuntur.*

Epiſtola Stephani Presbyteri ad Paulum Apoſtolum a Corinthiis.

Stephanus, & qui cum eo Presbyteri Nemenus, Eubulus, Theophilus & Nomeſon, Paulo fratri ſalutem. Homines quidam Corinthum venerunt, Simon nomine & Clobeus, qui nonnullorum fidem vehementer commovent perſuaſoriis, & corrumpentibus verbis, quibus tu per temetipſum obviam venire debes. Nos enim neque abs te, neque ab aliis Apoſtolis, huiuſ-

iuſmodi verba audivimus. Sed id unum ſcimus: Quicquid a te & ab aliis accepimus, id conſtanter ſervavimus. At ea in re Dominus noſtri valde miſertus eſt, quod dum corpore adhuc inter nos es, iterum te audituri ſumus. Quam primum igitur ad nos ſcribe quid certum & tutum ſit, vel tu ipſe ad nos venire propera. Credimus in Dominum, ſe eum tali manifeſtatione oſtendiſſe, eaque eumdem Dominum nos liberaſſe e manibus iniqui. Iam vero eorum verba erronea ſunt, dicunt enim ſic: Nihil eſſe opus legere Prophetas, Deum non eſſe omnipotentem, nullam eſſe carnis reſurrectionem, hominem nullo pacto a Deo eſſe creatum, Ieſum Chriſtum carne non eſſe genitum a Virgine Maria, mundum non eſſe a Deo creatum, ſed ab aliquo (e numero) Angelorum. Iam vero, frater, da operam ſedulo ut ad nos venias, ut ſine ſcandalo ſtet Civitas Corinthiorum, & eorum amentia coram omnibus opprobrio expoſita *eiiciatur. Vale in Domino.

„ *Accepere & tulere hanc Epiſtolam Dia-*
„ *coni in urbem Phœniciae, Threzus & The-*
„ *chus. Paulus accepta Epiſtola, etiamſi*
„ *ipſe in vinculis detineretur propter uxorem*
„ *Antiſtii Apollophanis, quaſi vinculorum*
„ *oblitus lugere coepit propter hos ſermones,*

„ *quos*

„ *quos audiverat , & lacrimabundus dixit :*
„ *Melius mihi fuiſſet prius mortem obire &*
„ *cum Domino verſari . Nam in hac carne*
„ *exſiſtens haec verba perverſae doctrinae au-*
„ *diens , en moeror ſupra moerorem me adpre-*
„ *hendit , & immenſa conſternatio vinculis*
„ *meis accedit , quum video & lego eiuſmodi*
„ *Satanae machinationes . Inter hos plurimos*
„ *animi cruciatus , ſcripſit Paulus reſponſio-*
„ *nem ad hanc Epiſtolam.*

Pauli Epiſtola in vinculis , ad lectionem Epiſtolae Corinthiorum.

Paulus vinctus Ieſu Chriſti , fratribus Corinthiis , variis compunctionibus exagitatis, ſalutem. Ego nihil valde miror , adeo celeriter concurrere perſuaſores improbitatis: nam quum cito Dominus Ieſus perfecturus ſit adventum ſuum , propterea quidam permutant & adſpernantur eius mandata. Ego vero ab initio id ipſum vos docui , quod ipſe accepi a prioribus Apoſtolis , qui per omne tempus cum Domino converſati ſunt . Itaque nunc dico Dominum Ieſum natum eſſe ex Maria Virgine , quae erat e ſemine David , ut nunciaverat Spiritus Sanctus a Patre e coelo in eam miſſus , ut Domino Ieſu conſolaretur & liberaret omnem carnem carne ſua , noſque a mortuis ſuſcitaret : quemadmodum & ipſe ſe (illius reſurrectionis) exemplar oſten-

ſtendit. Et ut manifeſtum foret hominem a Patre natum eſſe, homo in perditione ſua non manſit derelictus; ſed perquiſitus eſt ut vitam per adoptionem filialem obtineret. Deus enim qui eſt omnium Dominus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, coelum & terram creavit, miſit primum Prophetas ad Iudaeos, ut eos a peccatis abſtraheret, & adduceret ad iuſtitiam ſuam. Nam quum vellet liberare domum Iſraelis, de Spiritu ſuo largitus eſt, & miſit in Prophetas nulli errori obnoxium Dei cultum, & nativitatem (Chriſti) praedicaturis per diuturnum tempus. At ille qui dominator impius erat, quum Deus haberi vellet, manum in eos iniecit, & omnem carnem peccatorum vinculis devinxit, propterea quia prope erat iudicium mundi. Deus omnipotens quum iuſtitiam inducere vellet, nos luit adſpernari opus ſuum: quod quum videret miſeriis & anxietatibus ſubditum, miſeratus eſt, & miſit ante finem temporum Spiritum Sanctum in Virginem iam prius deſcriptam a Prophetis: quae ubi ſancta mente ſua credidit, digna effecta eſt quae conciperet & pareret Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ut perditio carnis quae ſuperbia inflata ſe extulerat in malum, eius carne victa palam argueretur. Si non fuit Deus, quomodo in carne ſua Ieſus

ſus Chriſtus vocavit & liberavit carnem perditam, & eam per fidem ad vitam aeternam attraxit, ut caro eius ſancta templum Iuſtitiae in futuris temporibus pararet, in quem & nos quum crediderimus, ſalutem adepti ſumus. Itaque ſcitote eos non eſſe filios iuſtitiae, ſed filios irae. Evacuant in ſe ipſis viſcera miſericordiae Dei, quum dicunt neque coelum neque terram Dei opificia, qui Deus eſt omnium Pater: ſunt ergo maledicti in ſe ipſis. Vos vero virtute Dei ab iis longe diſcedite, & totam illorum doctrinam a vobis amandate: Non enim filii eſtis contumaciae, ſed liberi dilectae Eccleſiae Dei. Propterea & tempus reſurrectionis apud omnes praedicatum eſt. Itaque qui dicunt nullam eſſe reſurrectionem carnis, ipſi non reſurgunt ad vitam aeternam, ſed ad damnationem & iudicium, carne reſurgent increduli: quia caro quae dicit reſurrectionem non eſſe, non habebit reſurrectionem vitae, deprehenduntur enim reſurrectionem negaſſe. At vos Corinthii, certe ſcitis ſemina tritici & aliarum plantarum. Si granum unum nudum decidat in terram, & adhuc inferius, priuſque moriatur, poſtea reſurgit voluntate Dei eamdem carnem indutum, nec efficit nudam & ſolam eam carnem, ſed Dei benedictione valde plenum multiplicatur.

Nos

Nos vero ſolummodo e ſemine producti ſumus in utero alterius carnis humanae, honorabilis (& pretioſae.) Noſtis Ionam, filium Ematthiae, quod cunctatus eſſet praedicare Ninivitis, inde deglutitus (latuit) per tres dies & tres noctes, & poſt triduum Deus eius preces exaudivit : nihil autem periit ex eius carne, ne ſupercilium quidem neque capillus conſumtus eſt, ita ut defflueret, quia non fuit incredulus. Si ergo vos creditis in Dominum Ieſum Chriſtum, vos etiam ſuſcitabit, quemadmodum & ipſe reſurrexit. Si oſſa Eliſaei Prophetae, quum in mortuum incidiſſent, eum ſuſcitaverunt, quanto magis vos qui in carne eſtis, & ſanguine Chriſti fulcimini, eo die efficiemini omnibus membris integris carne redivivi ? Elias Propheta filium viduae in ſinu amplexus ſuſcitavit e mortuis : quanto magis Ieſus Chriſtus vos integris membris redivivos ſuſcitabit, ſicut & ipſe reſurrexit ? Ergo nihil aliud deinceps temere admittatis. Nemo mihi laborem faceſſat, quia adflictiones Chriſti in corpore meo porto. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum ſpiritu veſtro, fratres. Amen.

Hactenus illae Epiſtolae, quas eruditus interpres non dubitat ex actis apocryphis Sancti Pauli fuiſse deſcriptas. Id oſtendit, *inquit*, narratiuncula illa quae ſequitur Epiſto-

ſtolam Corinthiorum ante Epiſtolam Pauli, in qua ea dicuntur de generatione hominis quae ad refutandos Manichaeos ſpectant.

Neſcio an heic commemorari oporteat, Lighfootum Hor. Talm. in I. Corinth. I. 14. *cenſuiſſe Ioannem Apoſtolum primam Epiſtolam ad Corinthios ſcripſiſſe, quod nemo veterum dixit.*

Heic opportune tamen monendum eſt; ubi ſuperius p. XIX. *Cardinales Sereniſsimae Domus Lotharingicae recenſui, a me* Nic. Franciſcum *omiſſum fuiſſe, qui quidem Cardinalis fuit prius, deinde vero Dux Lotharingiae, atque anno MDCXXXV. vivebat, ac Florentiae verſabatur, in qua urbe monetam ſuo nomine inſignem cudi fecit, & huiuſmodi argenteum mihi oſtendit vir longe eruditiſſimus* Du Vallius *Sereniſſimi* Franciſci *III. Ducis Lotharingiae, & Magni Etruriae Ducis, a Bibliotheca, qui etiam ſeptimi huius ex Auguſta Lotharingica Familia Cardinalis notitiam mihi perhumaniter ſuppeditavit.*

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΥ
ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ
ΝΙΚΗΤΑ
Εἰς τὴν πρώτην Ἐπιστολὴν τοῦ ἁγίου
ΠΑΥΛΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ
ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ.

BEATISSIMI.
METROPOLITAE HERACLEAE
NICETAE
In Epistolam I.
SANCTI PAULI APOSTOLI
AD CORINTHIOS ENARRATIO.

Ὑπόθεσις τῆς πρὸς Κορινθίους ἀ ἐπιστολῆς.

Αὐτην ἐπιστέλλει ἀπὸ ἐφέσου τῆς Ἀσίας, ἑωρακὼς αὐτοὺς ἤδη καὶ διδάξας· ὑπο-

Argumentum(1) *Epistolae I. ad Corinthios.*

Hanc Epheso Asiae scribit, quum eos vidisset iam, & docuisset, per

A

(1) Idem argumentum praefigitur huic Epistolae in

ὑπομιμνήσκων δὲ ὑμῶς διὰ τῆς ἐπιστολῆς ταύτης. ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπιστολῆς αὕτη. Κορίνθιοι ἐκ φιλονεικίας συναγόμενοι ἐχίζοντο ταῖς γνώμαις. καὶ λοιπὸν ἦν ἐν αὐτοῖς χίσματα. Καὶ ὄντων χισμάτων παρεβλέποντο τὸν λαβόντα ταύτην μητρυίαν. Ἄλλοι δὲ ἤθελον καταλιμπάνειν τὰς ἰδίας γυναῖκας προφάσει τῆς ἐγκρατείας· τινὲς δὲ καὶ ἐν εἰδωλείοις ἤσθιον ὡς ἀδιαφόρων ὄντων τῶν εἰδωλοθύτων. ἄλλοι δὲ τοὺς μὲν ἄλλους ἐξουθένουν, τοὺς δὲ λαλοῦντας γλώσσαις ἐθαύμαζον. Καὶ τέλος ἠπάτουντο καὶ εἰς τὸ περὶ ἀναστάσεως μυστήριον, λέγοντες μὴ ἐγείρε-

per hanc pariter epistolam memorans. Occasio autem Epistolae haec est. Corinthii concertatione abducti in contraria studia scindebantur, & inde erant inter eos dissidia. Quum autem discordiae essent, indignabantur cuidam, qui novercam hanc (1) uxorem duxerat. Alii vero uxores suas continentiae obtentu relinquere volebant. Quidam autem etiam in templis comedebant ea, quae simulacris mactata fuerant, indifferentia reputantes. Alii vero alios quidem floccifaciebant, loquentes autem linguis admira-

in Codice Graeco Bibliothecae Laurentianae Plut. IV. N. 32. de quo disseruimus *Libro De Eruditione Apostol. Cap.* XII. & passim in aliis Codd. MSS. occurrit.

(1) Ταύτην, refertur ad Cap. V. Epistolae.

ρεσθαι τὴν σάρκα ταύτην· τούτων πάντων ἐν Κορίνθῳ κινουμένων, γράφουσιν οἱ λάοι τῷ Ἀποστόλῳ, καὶ λοιπὸν πρὸς πάντα ἀντιγράφει, καὶ πρῶτον μὲν μαρτυρεῖ αὐτοῖς ἐν φρονήσει καὶ γνώσει οὐκ ἀποδέχεται δὲ αὐτοὺς ποιοῦντας τὰ σχίσματα, ἀλλὰ καὶ συμβουλεύει μὴ ἐν λόγῳ τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ἐν ἔργῳ, καὶ δυνάμει ἡγεῖσθαι. ἔπειτα ἐπιτιμήσας τῷ τὴν μητρυίαν λαβόντι, καὶ παραινέσας μὴ ἔχειν κρίματα πρὸς ἑαυτούς, λοιπὸν περὶ ὧν ἔγραψαν ἀποκρίνεται. Περὶ μὲν τοῦ γάμου διδάσκων ἄρρηκτον

rabantur. Et tamdem errabant etiam quoad resurrectionis arcanum, hanc carnem (1)minime resurrecturam adfirmantes. Quumhaec omnia Corinthi agitarentur, Apostolo populi scribunt; qui deinde ad universa rescribit; & primum quidem ipsis in prudentia & scientia perhibet testimonium; non autem eos probat, dum inter se discidia excitant; insuperque hortatur, ne in sermone virtutem, sed in potentia, & opere, collocent. Deinde quum increpasset eum, qui novercam

A 2 con-

(1) Error, qui & deinceps apud quosdam obtinuit, contra verum resurrectionis dogma; quod tamen haud nimis rigide exponendum, & nonnisi aliquali physicarum observationum ratione habita; nam nostrae carnis substantia quotidie prope immutatur, nec eadem omnino est, quae v. g. anno praeterito fuit.

κτον εἶναι τὴν συζυγίαν καὶ ἐν καιρῷ μόνῳ σχολάζειν δι' αὐτὴν εὐχήν· διὰ δὲ τὸ ἀγαπᾶν αὐτοὺς τὴν ἐγκράτειαν, γράφει περὶ παρθενίας ὅτι οὐ κατὰ ἀνάγκην, ἀλλὰ πιθοῖ τοῦτο γενέσθω· εἶτα περὶ τῶν εἰδωλοθύτων ἵνα μὴ καταχρῶνται τῇ γνώσει, ἀλλὰ τῇ ἀγάπῃ πομπεύωνται· κωλύει οὖν τὰ ἐν εἰδωλείοις συμπόσια, ἵνα μὴ σκανδαλίζωνται οἱ μικροί· εἶτα περὶ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων γράφει, ἵνα μὴ διαφέρωνται ἐν τοῖς χαρίσμασι, μηδὲ προκρίνωσι τὸν ἔχοντα τὸ χάρισμα τόδε, τοῦ ἔχον-

connubio ſibi iunxerat, & ne iudicia adverſus ſe invicem haberent hortatus eſſet, denique ſuper his, de quibus ad eum ſcripſerant, reſpon et. De nuptiis quidem docens indiſſolubile eſſe coniugium, & ad tempus tantum propter orationem ipſam eo abſtinendū. Eo quod vero ipſi continentiam diligerent, ſcribit voluntatis, non neceſſitatis, eſſe virginitatem; poſtea de iis, quae Idolis mactata fuerant, agens, ne ſcientia abutantur, ſed dilectione (1) glorientur.

Pro-

(1) Ἀγάπῃ. *Dilectio*, vocabatur convivium Chriſtianorum, quod in commune fiebat, & in quo pauperum praecipue ratio habebatur, quo de agit in hac Epiſtola *Paulus*, & meminit in ſua *Iudas*, & late differunt antiqui Patres, & recentiores eruditi, quorum aliquos laudavi *Libro De Eruditione Apoſtolorum Cap.*

χοντος τόδε. πάντα γὰρ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς εἶναι λέγει· καὶ λοιπὸν περὶ ἀναστάσεως διδάσκει, ὅτι ἡ σὰρξ ἐγείρεται ἀποθνήσκουσα μὲν φθαρτὸς, ἐγειρομένη δὲ ἄφθαρτος κατὰ τὴν τοῦ χριστοῦ χάριν. Τὴν δὲ ἀνάστασιν ἀπὸ τοῦ ἐγήγερθαι τὸν χριστὸν συνίστησι· καὶ τέλος παραινετικοὺς λόγους εἰς τὰ ἤθη γράφει, καὶ περὶ λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους παραγγέλλει· καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν.

Prohibet igitur convivia, quae fiebant in templis, ne parvuli (1) offenderentur. (2) Deinde de donis ſpiritalibus ſcribit, ne quoad chariſmata diſſideant, neque hoc chariſma habentem, illud habente, pluris faciant. Omnia enim eiusdem Patris eſſe ait. Et tamdem quoad reſurrectionem docet carnem quidem reſurrecturam, quae quidem corruptibilis moritur, reſurget autem ex Chriſti gratia incorruptibilis. Reſurrectionem vero, ex eo quod Chriſtus reſurrexerit, ſtatuit. Et poſtremum adhortatorios quoad mores ſermones ſcribit, & de collatione (3) in ſanctorum uſum facienda admonet, atque ita Epiſtolae modum imponit.

Cap. III. *pag.* 51. quibus addo *Ioſ. Bingbamum Tom.* VI. *Origi. Eccleſ. Lib.* XV. *Cap.* VII. §. VI. *& ſeqq.*

(1) Οἱ μίκροι *parvi*, hoc loco pro pauperibus uſurpari videtur ex Cap. XI. huius Epiſtolae,

Η ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α΄ Πρὸς Κορινθίους

EPISTOLA SANCTI PAVLI PRIMA Ad Corinthios

α΄ CAPUT. I.

ΠΑῦλος κλητὸς ἀπόστολος ἰησοῦ χριστοῦ, διὰ θελήματος θεοῦ, καὶ σωσθένης ὁ ἀδελφὸς, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν κορίνθῳ, ἡγιασμένοις ἐν χριστῷ ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ἐν παντὶ τόπῳ αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ τῇ

Paulus vocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti, per voluntatem Dei, & Soſthenes frater, Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Ieſu, vocatis ſanctis, cum omnibus, qui invocant nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, in omni loco ipſorum, & noſtro. Gratia vobis, & pax a Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu, quod in omnibus divites facti eſtis in illo,

in

(2) Nos cum *Ioanne Chryſoſtomo* quaedam de Agapis intelleximus *Libro De Eruditione Apoſtol. Cap.* III. *pag.* 51. ut ſupra etiam indicavimus.

(3) Περὶ λογίας, verbum inſolenter ab Apoſtolo uſurpatum, quo pecuniarum collationem ſignificat in Chriſtianorum Ieroſolymitanorum ſolatium faciendam, qua de alibi etiam agit, & nos obſervavimus *Libro De Eruditione Apoſtol. Cap.* III. *pag.* 47.

τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει, καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν· ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι, ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· πιστὸς ὁ θεός, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

in omni verbo, & in omni scientia: ſicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis: ita ut nihil vobis deſit in ulla gratia, expectantibus revelationem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui & confirmabit vos uſque in finem ſine crimine in die adventus Domini noſtri Ieſu Chriſti. Fidelis Deus: per quem vocati eſtis in ſocietatem filii eius Ieſu Chriſti Domini noſtri.

Interpretatio

Ὁρῶν ὁ δαίμων οὕτω πολυάνθρωπον τὴν Κόρινθον καὶ εἰδωλολάτρην πεπιστευκυίαν θεῷ, παρασκευάζει τινὰς ἐκ τῶν παρ' σφισὶ πλουσίων καὶ φιλοσόφων, αὐτοχειροτονήτους προστάτειν τοῦ δήμου ἐν τοῖς πνευματικοῖς πράγμα-

VIdens Dæmon ita populoſam Corinthum, atque Idolorum cultricem, Deo credidiſſe, quosdam ex eius divitibus & philoſophis praeparat, qui ſponte in ſpiritalibus negociis, populo praeſint; uttãdem e populo multi,

μασιν· ὡς λοιπὸν τοῦ λαοῦ πολλοὺς τοὺς μὲν τοῖς πλουσίοις ὡς δυνατοῖς προχωρῆσαι· τοὺς δὲ τοῖς φιλοσόφοις ὡς τελέον τι διδάσκειν δυναμένοις παρὰ τὰς τοῦ Ἀποστόλου διδαχὰς, ὡς ἐκ τούτου χίσματα καὶ ἐρίδες γίνεσθαι παρ' αὐτοῖς· ἔγραψαν οὖν τῷ παύλῳ διὰ φορτουνάτου καὶ στεφανᾶ καὶ ἀχαϊκοῦ περὶ γάμου καὶ παρθενίας, δι' ὧν καὶ ἀντιγράφει αὐτοῖς καὶ περὶ τούτων καὶ περὶ ἄλλων συναποστείλας καὶ τὸν τιμόθεον. ἐπεὶ οὖν ἐξ ἀπονοίας ἦσαν τὸν λαὸν διανειμάμενοι οἱ πλούσιοι καὶ φιλόσοφοι, τῆς ἀπονοίας διορθοῦται τὸ πάθος ἐν πρώτοις, ἐκ τοῦ κλητὸν ἑαυτὸν καλεῖν διορθοῦται αὐτούς· ἐγὼ αὐτός, φησι

hi quidem divitibus, ut potentibus, accedant; hi vero philoſophis, ut aliquid perfectum, praeter Apoſtoli doctrinas, docere valentibus, ut ex hoc diſſidia apud ipſos, & lites ortae fuerint. Scripſerunt igitur Paulo per Fortunatum, & Stephanam, & Achaicum, de nuptiis, & virginitate; per quos & ipſis reſcribit & de his, & de aliis, quum miſiſſet cum eis etiam Timotheum. Quia igitur ob adrogantiam divites, & philoſophi, populum diviſerant, adrogantiae in primis adfectum caſtigat, & ſeipſum *vocatum* dicens eos emendat. *Ego ipſe*, inquit, *non per me ipſum* (1) *ordinatus*

Apo-

(1) Αὐτοχειροτόνητος, quid in huiuſmodi com-

σι, οὐκ αὐτοχειροτόντος εἰμὶ ἀπόστολος, καὶ πρὸς ὑμεῖς αὐτοχειροτόνητοι διδάσκαλοι. ὁ διδάσκαλος ἡμῶν χριστός ἐστί, φησί, τί ἀνθρώπους ἐποιήσατε ὑμῖν διδασκάλους; καὶ τοῦτο θέλημα θεοῦ δι' ἡμῶν κηρίσσεσθαι τὴν ἀποστόλην. κατὰ μεριότητα συνάπτει ἑαυτὸν σωσθένει. εἰ δὲ θεοῦ ἐκκλησία παρ' ἀνθρώποις, ἑαυτοὺς προσενείματε τῷ λούτρῳ, καὶ τῇ πίστει χριστοῦ. οὕτω διὰ τῆς νῦν ἡμῶν διδασκαλίας. καὶ αὐτὸ γὰρ τὸ πιστεύειν ὑμᾶς οὐχ ὑμέτερον, ἀλλ' ἀπὸ θεοῦ πρὸς τὴν πίστιν ἐκλήθητε· οὐ μόνον ὑμῖν τοῖς Κορινθίοις χάρις καὶ εἰρήνη, ἀλλὰ σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλου-

Apostolus sum, neque apud vos per se ordinati magistri sunt. Magister noster Christus est, inquit. *Quid feciſtis vobis homines magistros? Et haec Dei voluntas, ut per nos Apostolatus praedicetur.* Ex parte se ipse Sostheni coniungit. Si autem Dei Ecclesia apud homines; vos ipsos addixistis lavacro, & fidei Christi. Ita per praesentem nostram doctrinam, & hoc ipsum quod creditis non est vestrum, sed a Deo ad fidem vocati estis. Non solum vobis Corinthiis gratia & pax, sed cum omnibus invocantibus Christum in quocumque usquam loco, in quo

il-

positionibus τὸ αὐτός valeat, docui iam *Par.* I. *Histor. Pontific. & Augustae pag.* 77. *in Deliciis Eruditorum.*

λουμένοις τὸν χρισὸν ἐν οἴῳ δήποτε τούτῳ, ἐν ᾧ εἰσιν ἐκεῖνοί τε καὶ ὑμεῖς. τί δέ φησι; ἢ πρὸς ἃ δὲ εἰρηνεύετε, ἢ ἀπὸ τοῦδε χάριν ἔχετε, ἐγώ φησι ταῦτα ἀπὸ θεοῦ ὑμῖν εὔχομαι γένεσθαι· αἰνίττεται δὲ τοὺς διδασκάλους αὐτῶν εὐχαρίστους εἶναι, ἡμᾶς παιδεύων, πάσῃ ἐπιστολῇ τοῦτο τίθησιν· ἐκ πολλῆς ἀγαπῆς τὸ κοινὸν ἴδιον ποιεῖται· μέγα ἐφρόνουν ἐπὶ τοῖς χαρίσμασιν· αἰνίττεται οὖν· εἰ οὐκ ἐξ οἰκείων κατορθωμάτων, ἀλλὰ τῇ τοῦ χρισοῦ δωρεᾷ τὸ χάρισμα εἰλήφατε τί μέγα φρονεῖτε τῇ διὰ χρισοῦ; διὰ χρισοῦ γὰρ ὁ πατὴρ δέδωκε. πάλιν τὸ ἐν αὐτῷ, τουτέστι δι' αὐτοῦ· εἰ δὲ δι' αὐτοῦ ἐπλουτήσθητε ἐν πάντι πράγμα, τι,

illique, & vos ſitis. Quid autem dicit? Sive ex illis pacem, ſive ex hoc gratiam habetis, ego, ait, haec a Deo fieri vobis precor. Innuit vero latenter magiſtros eorum gratioſos eſſe, & nos erudiens in omni Epiſtola hoc ponit: ex multa dilectione quod commune eſt proprium fit. Elati erant animo propter chariſmata. Innuit igitur latenter; ſi non propriis officiis, ſed Chriſti munere chariſma accepiſtis; quid animo efferimini ob munus (1) quod per Chriſtum accepiſtis? Per Chriſtum enim Pater dedit. Iterum, *id quod in ipſo*, hoc eſt, *per ipſum*. Si vero per ipſum omni re ditati eſtis, & di-

(1) Τῇ διὰ χρισοῦ; referri videtur ad δωρεάν.

τι, καὶ ὁ πλοῦτος παρὰ θεοῦ, πῶς ἀνθρώποις ἑαυτοὺς φησὶ προσενείματε· ἕνι γὰρ λόγος χωρὶς γνώσεως ὡς ἡ φλυαρία, ἔνι καὶ γνῶσις χωρὶς λόγου, οἷα ἡ τῶν ..... νοοῦντες μὲν, ἐξειπεῖν δὲ τὸν νοηθὲν μὴ δυνάμενοι· ἀλλ' ὑμεῖς φησι, κατ' ἄμφω ἐπλουτήσθητε καὶ λόγῳ, καὶ γνώσει. καθὼς, τουτέστι δι' ὧν. διὰ λόγου γάρ φησι καὶ τῆς θεοδότου γνώσεως τὸ μαρτύριον τοῦ χριστοῦ, τουτέστι τὸ κήρυγμα εἰς ὑμᾶς πιστευθὲν ἐβεβαιώθη· ὅπερ ὑμῖν ἐγένετο, οὐ δι' εὐφυίας, ἀλλὰ διὰ χάριτος θεοῦ. ζητεῖται ἐνταῦθα τί δή ποτε ἀνωτέρω μὲν εἴρηκε περὶ αὐτῶν ὅτι ἐπλουτίσθητε ἐν πάντι λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει, καὶ νῦν πάλιν ὥστε μὴ εἰ-

& divitiae a Deo ſunt, quomodo hominibus vos ipſos, inquit, attribuiſtis? Eſt enim ſermo ſine ſcientia, ut nugae, eſt etiam ſcientia ſine ſermone veluti..... edicere autem id quod intelligunt non valentes. Sed vos, inquit, utroque ditati eſtis; & ſermone, & ſcientia. *Sicut*, hoc eſt, *per quae*. Per ſermonem enim, inquit, & divinitus datam ſcientiam, teſtimonium Chriſti, hoc eſt, praedicatio inter vos credita ſtabilita eſt; quod vobis contigit, non per propriam induſtriam, vel per externam ſapientiam, ſed per gratiam Dei. Quaeritur hic, quid profecto umquam ſuperius quidem dixit de ipſis:

σερεῖσθαι ὑμᾶς ἐν μηδενὶ χαρίσματι. προϊὼν σαρκικοὺς αὐτοὺς λέγει· ἔστε γὰρ σαρκικοί, ἔστε φησί ὅτι πρὸς πολλοὺς μὲν ταῦτα· πρὸς πολλοὺς δὲ ἐκεῖνα ἥρμοζε· οὐδὲ γὰρ ἐν τοσαύτῃ ἐκκλησίᾳ εἶχον, εἶτα ἢ πάντες τέλειοι, ἢ πάντες ἀτελεῖς καὶ νήπιοι, ὥστε ὑμᾶς μὴ σερηθῆναι ἐν μηδενὶ χαρίσματι ἐν τῷ ἀπεκδέχεσθαι τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ χριστοῦ. χρεία γὰρ ὑπομόνης εἰς τὸ εἰσδέξασθαι. ἀποκάλυψιν δέ φησιν τὴν δευτέραν παρουσίαν· δεικνὺς ὅτι καὶ νῦν ἐστιν, εἰ δὲ μὴ ὁρᾶται ὀφθαλμοῖς σαρκὸς, δείκνυσι σαλευομένους. ἀνεγκλήτους δὲ εἰπὼν, δηλοῖ ὄντας ὑπὸ ἔγκλημα· ἀπάγει τῷ ἀνθρωπίνῳ φόβει αὐτοὺς, τῆς ὑμετέρας ὑπομνήσκει τῆς κηρύ

ξεως·

quoniam divites facti eſtis in omni ſermone, & in omni ſcientia. Et nunc iterum: *Nec careatis vos ullo munere.* Progrediens carnales eos dicit. Eſt enim: *Carnales eſtis*, inquit, quia multis iſta quidem, multis vero illa aptabat. Neque enim in tanta Eccleſia habebant deinde vel omnes perfecti, vel omnes imperfecti, & inſipientes, ita ut vos nullo careatis munere in Chriſti revelatione accipienda. Opus enim patientia eſt ad accipiendum. Revelationem vero ait ſecundum adventum, oſtendens & nunc eſſe, ſed oculis carnis minime ſpectari; oſtendit agitatos. Irreprehenſibiles vero dicens, ſub

cul-

ξεως· πιστὸς, ἀληθής· εἰ δὲ ἀληθὴς, πληρώσει πάντα ἃ ἐπηγγείλατο. οὐδὲ γὰρ ἐφ' ἑαυτοὺς ἥκατε, ἀλλὰ χάριτι ἐκλήθητέ φησι, σημειώσας τὸ δι' οὗ ἐπὶ πατρὸς εἰρημένου· βαβαὶ τί εἶπε; εἰς κοινωνίαν ἀνεκλήθητέ φησι τοῦ μονογενοῦς. ἵνα δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ ἐν τῇ δόξῃ κοινωνοὶ γενώμεθα αὐτοῦ, ὅπερ ἀλλαχοῦ φησιν, εἰ ὑπομένομεν καὶ συμβασιλεύσομεν.

culpa eos esse patefacit. Abducit eos ab humano timore, & vestram praedicationem commemorat: *Fidelis, verax*. Si autem verax, implebit cuncta, quae repromisit; neque enim per vos ipsos venistis, sed gratia vocati estis, inquit, quum significasset per quem, Patre enunciato. Papae quid inquit; In societatem revocati estis, ait, unigeniti, ut in regno & in gloria participes eius sitis, quod alibi dicit: *si substinemus etiam conregnabimus*.

ΠΑρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ. ἐδηλώθη γάρ μοι περὶ ὑμῶν ἀδελφοί μου ὑπὸ τῆς χλοης

OBsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi; ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei, ab iis qui sunt Chloes,

quia

χλεῖς ὅτι ἐρίδες ἐν ὑμῖν εἰσι· λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει, ἐγὼ μέν εἰμι παύλου, ἐγὼ δὲ ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ κηφᾶ, ἐγὼ δὲ χριστοῦ. μεμέρισται ὁ χριστός; μὴ παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν; ἢ εἰς τὸ ὄνομα παύλου ἐβαπτίσθητε; εὐχαριστῶ τῷ θεῷ ὅτι οὐδένα ὑμῶν ἐβάπτισα εἰ μὴ κρίσπον καὶ γάϊον, ἵνα μή τις εἴπῃ ὅτι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐβαπτίσα. ἐβάπτισα δὲ καὶ τὸν στεφανᾶ οἶκον. λοιπὸν οὐκ οἶδα εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα. οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ' εὐαγγελίζεσθαι. οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ χριστοῦ. ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστί, τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν, δύναμις θεοῦ ἐστι.

quia contentiones ſunt inter vos. Hoc autem dico, quod unuſquiſque veſtrum dicit: Ego quidem ſum Pauli: ego autem Apollo: ego vero Cephæ: ego autem Chriſti. Diviſus eſt Chriſtus? Numquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? Aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Gratias ago Deo, quod neminem veſtrum baptizavi, niſi Criſpum, & Caium: ne quis dicat quod in nomine meo baptizati eſtis. Baptizavi autem, & Stephanae domum; ceterum neſcio ſi quem alium baptizaverim. Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed evangelizare non in ſapientia verbi, ut non evacuetur crux Chriſti. Verbum enim crucis, pereuntibus quidem ſtultitiæ eſt; iis autem qui ſalvi fiunt, ideſt nobis, Dei virtus eſt.

Ἐγώ φησι παρακαλῶν οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς πεῖσαι· διὰ τοῦ χριστοῦ οὖν παρακαλῶ, τουτέστιν, αὐτὸς ὁ χρι-

EGo, inquit, hortans perſuadere idoneus non ſum. Per Chriſtum igitur hortor, hoc eſt, Chri-

χριστὸς ὁ ὡρισμένος ποιεῖται τὴν παράκλησιν. τὸ γὰρ εἰς πολλὰ ὑμᾶς φησι γένεσθαι οὐκ ἐποίησε πολλὰ μέρη τέλεια· ἀλλὰ τὸ τέλειον πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἔχισε. ἀπηρτισμένοι, τέλειοι· ἐπειδὴ ἄνω εἰπὼν ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε· ἵνα μὴ νομίσασιν, ἀχρι ῥημάτων .... εἶτα τὴν ὁμονοίαν ἐπάγει ἐν τῷ αὐτῶν νοῖ· τουτέστι καὶ λόγοις καὶ ἔργοις καὶ γνώμῃ καὶ διανοίᾳ. γένεσθε ἄφρονες· ἵνα μὴ ἀρνήσανται καὶ μάρτυρας παράγει τοὺς χλόης· κἂν γὰρ δῆλον ἦν τὸ ἁμάρτημα, ἀδελφοί ἐστε φησί· τὸ γὰρ μοῦ διαθέσεώς ἐστι· οἰκία τις ἦν ἐπονομαζομένη χλοῆς ἴσον. οὐκ εἶπε δὲ ὀνόμασι τοὺς δηλώσαντας, ἵνα μὴ

Christus ipse, qui definitus est, hortationem facit. In multa enim vos, inquit, fieri, non fecit multas partes perfectas. Sed pars perfecta Ecclesiam scidit. Omnibus numeris absoluti, perfecti. Quoniam supra quum dixit, *ut idem dicamini*, ne putent usque ad verba ..... concordiam inducit in eorummentem, hoc est, & verbis, & operibus, & sententia, & animo stulti estis. Ne vero inficientur, & testes adducit eos, qui sunt Chloes (1) Et si enim manifestum erat peccatum, *fratres estis*, inquit. Hoc enim dispositionis meae est. Domus quaedam erat Chloes

πρὸς

(1) Hoc est eos, qui de Chloes domo erant, ut exponit.

πρὸς αὐτοὺς ἐκπολεμήσωσιν· τὰ παρὰ τῶν δηλωσάντων ἀπαγγέλλει. ἐρίδας εἶπεν ἵνα μὴ εἰσθηριώσῃ αὐτοὺς πρὸς τοὺς ἀπὸ Χλοῆς· ὅταν δὲ ἀπὸ οἰκείου προσώπου λέγει τὸ γεγονὸς, σχίσματα αὐτὰ καλεῖ, ὅπερ πολλῷ χεῖρον τῆς ἐρίδος, σαφηνείας ἕνεκα. τὸ λέγον δὲ τοῦτο ὡς εἰ εἶπεν λόγου χάριν τοιαῦτα ποιεῖτε, καὶ λέγει. οὐκ ἔλεγον δὲ ἐκεῖνοι, ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπόλλω· ἀλλὰ λόγου χάριν οὕτως εἶπεν· αἰνιττόμενος οἷς προσέῤῥυσαν πλουσίους καὶ σοφούς· ἐνταῦθα δείκνυσι ὅτι εἰ τὸ οὕτως λέγειν οὐκ ἂν εὐθὺ, πολλῷ μᾶλλον τὸ λέγειν εἴτε σοφοὺς ἢ πλουσίους διδασκάλους ἑαυτῶν ἐκά-

es cognominata fortaſſis. Eorum autem nomina, qui manifeſtaverunt, non enunciavit, ne contra eos inſurgant. Ea, quae ipſi manifeſtaverant, denunciat. *Lites*, inquit, ne irritet eos contra illos, qui de domo Chloes erant. Quum vero ex propria perſona dicit, quod factum eſt, ſciſſiones ipſas vocat. Quod multo peius quam lis, explicationis gratia. Hoc(1) autem quod dixit, tamquam ſi verbi gratia dixiſſet, *huiuſmodi facitis* etiam dicit. Non dicebant vero illi ipſi *Ego quidem ſum Pauli; ego autem Apollo*. Sed verbi gratia ita dixit, innuens quibus adhaeſerant, divi-

(1) Τὸ λέγον δὲ τοῦτο. forte legendum τὸ λεγόμενον.

κάθισαν· προτιμῶν τότερ ὕστερον τέθεικεν αὐτοῖς, οὐκ ἐγκαλεῖ ὅτι λέγουσιν, ἐγὼ δὲ χριστοῦ· ἀλλὰ διά τὶ μὴ πάντες τοῦτο λέγουσιν· κατετέμαχέφησι τὸν χριστόν· διείλετε αὐτοῦ τὸ σῶμα· φόβου δὲ γέμει τὸ ῥῆμα ἢ οὕτως ἐμερίσατο τὴν βασιλείαν καὶ τὴν ἐκκλησίαν μετὰ ἀνθρώπων ὁ χριστός. λοιπὸν ἀναιρεῖ τὸ ἄτοπον καὶ τὸ πᾶν ἐφ' ἑαυτὸν φέρει· ἵνα μὴ δοκῇ κατὰ φθόνον ἀλλοτρίων ὀνομάτων μεμνῆσθαι, οὐκ εἶπεν ὅτι παῦλος ἐποίησε καὶ ἔπλασε ὑμᾶς ἀλλ' ὁ πολλῷ πλέον τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν ἐδήλου. τὸν σαῦρον εἴσμετε..... καὶ τὸ τῇ ἁμαρτίων καθάρσι βάπτισμα.

vites, & ſapientes. Hic oſtendit ita dicere non eſſe rectum (1), multo magis dicere, ſi ſapientes vel divites magiſtros ſibi conſtituerunt. Pluris vero aeſtimans hoc poſterius adpoſuit eis, nec culpat quia dicunt, *Ego vero ſum Chriſti*. Sed quia non omnes hoc dicunt, *diſcidiſtis*, inquit, *Chriſtum, diviſiſtis eius corpus*. Timore autem implet verbum, num ita partitus eſt regnum, & Eccleſiam cum hominibus Chriſtus? Ceterum de medio tollit abſurdum, & omne ad ſeipsũ fert; & ne videretur per invidiam alienorum nominum meminiſſe, non dixit quia Paulus fecit & finxit vos, ſed quod

(1) Legendum forte οὐκ ἂν εὐθὺ εἶναι.

multo plus, ſuam humanitatem manifeſtavit. Crucem ſcitis interea,& lavacrum in peccatorum emundationem.

Εἰς προοίμιον τῆς ἐπιστολῆς ἄχρι τοῦ τέλους.

In prooemium Epiſtolae uſque ad finem.

Κατὰ στίχον σχεδὸν τοῦ ὀνόματος τοῦ χριστοῦ μέμνηται, ἵνα τῇ πικρότητι τῆς σωτηριώδους προσηγορίας ταύτης τὴν ὑπερηφίαν καὶ τὴν τῆς ἀπονοίας σηπεδόνα ἅπασαν ἐκκαθάρῃ.

OMni prope verſiculo nominis Chriſti meminit, ut ſalutaris huius adpellationis amaritie ſuperbiam, & omnem adrogantiae putredinem, expurget.

ΣΕΥΗΡΙΑΝΟΥ.

SEVERIANI.

Μὴ συγκληρονόμους ἔχει φησὶν ὁ χριστὸς, ἵνα μερίσῃ τις μετ' αὐτοῦ τοὺς σωζομένους; μή τι νῦν ἔχει κοινωνοὺς καὶ σὺν αὐτῷ τοῦ οἴκου μὲν ἐκληρώσαντο; χριστὸς ἢ ὑπὲρ τοῦ κόσμου ἀποθάνει, ἢ μὲν δὲ οὐδείς.

NUm coheredes habet, inquit, Chriſtus, ut cum eo, quis partiatur eos, qui ſervantur? Numquid habet comparticipes, & cum ipſo domum ſortiti ſunt? Chriſtus vel pro mundo mortuus eſt, vel quidem nemo.

ΘΕΟ-

THEO-

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ.

Τοῦτέστι κατὰ μερίδα τινὰ οἱ μὲν τὸν χριστὸν ἔλαχον· ἄλλοι δὲ ἄλλους. οἱ μὲν κεφᾶν· οἱ δὲ Ἀπόλλων, ὃς λέγεται πρῶτος ἐπίσκοπος γεγονέναι Κορινθίων. ἐβαπτίσαμεν, ἀλλ' εἰς τὸ τοῦ χριστοῦ ὄνομά φησι. μέγα τινὲς ἐφρόνουν ἀνθρώπων, ἐβάπτιζον, καὶ φησι· τί μέγα φρονοῦσιν; ἐγὼ εὐχαριστῶ μὴ βαπτίσαι· τοῦτο δὲ λέγει τὴν ἐκείνων ἀπόνοιαν καθαιρῶν. οὐ τὸ βάπτισμα εὐτελίζων. μὴ γένοιτο· διὰ τί δὲ εὐχαριστεῖ, μὴ βαπτίσαι; ἵνα μή τις εἴπῃ φησὶν ὅτι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐβάπτισα. εἰ γὰρ τῶν εὐτελῶν ἐκείνων βαπτισάντων τοιαύτη γέγονε διχόνοια

THEODORETI.

HOc est secundum partem quamdam, hi quidem Christum sortiti sunt, alii vero alios, hi quidem Cepham, illi vero Apollon, qui dicitur primus Episcopus fuisse Corinthiorum. Baptissavimus, sed in Christi nomine, inquit. Homines quidam superbiebant, & baptissabant, & inquit: Quid superbiunt? Ego gratias ago quod non baptissaverim. Hoc autem dicit, illorum adrogantiam destruens, non ipsum baptismavilipendens: absit. Cur autem gratias agit quod non baptissaverit? Ne quis dicat, inquit, quod

νοια, ὡς τῷ ἐκείνων ὀνόματι ἐπικαλεῖσθαι· τί ἂν γεγόνει εἰ πᾶυλος ἦν βεβαπτικὼς ἅπαντας; ἐκ τούτου δείκνυσιν ὅτι οὐδὲ περισπούδαστον ἦν αὐτῷ τὸ βαπτίζειν. ὅθεν οὐδὲ μέμνηται. τοῦτο δὲ φησι κατασείλων τὸ φρόνημα τῶν ἐπὶ τοῦτο μέγα φρονούντων· τίνος δὴν ἕνεκεν ἐβάπτισε, εἰ μὴ τοῦτο ἐζήλωτο. καὶ φαμὲν ὅτι ἐπὶ τοῦ εὐαγγελίζεσθαι μὲν ἀπεστάλη· τὸ δὲ βαπτίζειν οὐκ ἐκωλύθη· ἐκ φιλοτιμίας δὲ τοῦτο καὶ ἐκεῖνοι ἐποίουν. τοῦτο γὰρ ἦν .....δέομεν ψυχῆς· ὁ μὲν γὰρ ἤδη πεπιστευκότας βαπτίζει, ὁ δὲ ἀπίστοις εὐηγγελίζετο παρ' οἷς καὶ ἐκινδύνευεν· ἵνα μὴ βλάβην καὶ ἐλάττωσιν ὑπομείνῃ ὁ σταυρός. εἰ γὰρ

in nomine meo baptiſſavi. Si enim, quum humiles illi baptiſſaverint, talis facta eſt diſcordia, ut eorum nomine cognominarentur; quid utique factum fuiſſet, ſi Paulus omnes baptiſſaviſſet? Ex hoc oſtendit neque ab ipſo adfectatum fuiſſe hoc miniſteriū; unde neque commemorat. Hoc autem inquit coercens cogitationem eorum, qui propterea ſuperbia efferebantur. Quare autem baptiſſavit, ſi ad hoc miſſus non fuerat? Et dicimus miſſum fuiſſe ad Evangelium praedicandum; non autem ei baptiſſare prohibitum. Ex ambitione vero etiam hoc & illi faciebant. Hoc enim

γὰρ ἐν σοφίᾳ λόγου ἐκύρηξαν οἱ ἀπόστολοι, εἰ χόν τινες νομίζειν διὰ τῆς τῶν λόγων πείθω, πεπεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους· οὐ διὰ τὴν δύναμιν τοῦ κηρυσσομένου χριστοῦ, ὃ ἦν βλάβη τοῦ κηρύγματος καὶ τοῦ σταυροῦ· νῦν δὲ τὸ ἀγραμμάτοις καὶ ἰδιώταις ἀνθρώποις τὸν κόσμον πεπιστευκέναι, τὴν τοῦ χριστοῦ δύναμιν ἀνακηρύττει. εἰκὸς εἶναι παρ' αὐτοῖς ἀπίστους· οἱ δὲ διεῦρον τὸν σταυρόν· φησὶν οὖν μηδὲν ξενηθῆτε· τοῖς γὰρ ἀπολλυμένοις τὰ εἰς σωτηρίαν δοθέντα παρὰ θεοῦ, μωρία εἶναι δοκεῖ. οἱ γὰρ μὴ ἐξεστηκότες ἄλλοις ἐστὶ σωτηρίας ἔλπις· ἐκ τούτου μάλιστα γινώσκομεν τὴν δύναμιν καὶ τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ

enim erat ..... & animae oramus. Hic enim iam eos, qui crediderunt, baptiſſat, ille vero incredulis Evangelium adnunciabat, apud quos etiam periclitabatur; ne damnum crux detrimentumque ſubſtineat. Si enim in ſapientia ſermonis praedicaviſſent Apoſtoli, habuiſſent quidam unde exiſtimarent, per ſermonum ſuadelam homines fuiſſe perſuaſos; non per Chriſti, qui praedicabatur, potentiam: quod damnum erat praedicationis & crucis (1). Nunc vero quũ mundus illitteratis, & ruſticis hominibus crediderit, id Chriſti virtutem praedicatam manifeſtat. Con-

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

δύ-

(1) Conſule *Librum de Eruditione Apoſtol. Cap.* XIII.

δύναμιν μὲν ὅτι θανάτῳ θάνατον ἔλυσε· σοφίαν δὲ ὅτι τούτῳ τῷ τρόπῳ ἀπόλλοντα διέσωσεν.

sentaneum esse apud ipsos incredulos. Hi vero crucem invenerunt. Inquit igitur, ne admiremini. Pereuntibus enim ea, quae a Deo in salutem data sunt, stulta esse videntur. Etenim ii, qui de mente deducti non sunt.... aliis est salutis spes. Ex hoc maxime Dei virtutem sapientiamque cognoscimus. Virtutem quidem, quia morte mortem solvit; sapientiam autem, quia hoc modo pereuntem servavit.

ΓΕγραπται γάρ, ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω. ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου; ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ θεοῦ, οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν θεόν, εὐδόκησεν ὁ θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας. ἐπειδὴ γὰρ ἰουδαῖοι σημεῖον αἰτοῦσι, καὶ ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσιν

SCriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Ubi sapiens? Ubi scriba? Ubi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes. Quoniam & Iudaei signa petunt, & Graeci sapientiam quaerunt: nos autem praedicamus Christum crucifi-

xum

σιν, ἡμεῖς δὲ κηρύττομεν χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον ἔλλησι δὲ μωρίαν. αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς Ἰουδαίοις τε καὶ ἕλλησι χριστὸν θεοῦ δύναμιν καὶ θεοῦ σοφίαν.

xum, Iudaeis quidem ſcandalum; Graecis autem ſtultitiam, ipſis autem vocatis Iudaeis, atque Graecis, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.

Λαβὼν παῤῥησίαν ἀπὸ τῆς γραφῆς, λοιπὸν καθάπτεται αὐτούς. ποῦ σοφός; περὶ ἑλλήνων λέγει. ποῦ γραμματεύς; περὶ Ἰουδαίων. ποῦ συζητήτης; τουτέστιν οἱ λογισμοῖς καὶ ἐρεύναις τὰ πάντα ἐπιτρέψαντες· οὗτοι γὰρ πάντες ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν ἐξαρπάσαι τινὰ τῆς πλανῆς οὐκ ἴσχυσαν· πάντες γὰρ οἱ δοκοῦντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν τοῦ μὴ δυνηθῆναι αὐτοὺς εὑρεῖν, ἅπερ ἐκ τῶν ἁλιέων ὁ ἀγράμματος κεκήρυκται καὶ πεπίστευται. πῶς δὲ ἐμώραν-

QUum loquendi libertatem ex Scriptura ſumſiſſet redarguit eos. *Ubi ſapiens?* de Graecis loquitur. *Ubi ſcriba?* De Iudaeis. *Ubi conquiſitor*. Hoc eſt, qui ratiocinationibus ſcrutationibuſque cũcta commiſerunt? Hi enim omnes tamquam ſi diceret, aliquem ab errore eripere non potuerunt. Omnes enim qui ſapientes eſſe videntur, ſtulti facti ſunt, ut ipſi invenire non potuerint ea, quae ex piſcatoribus illiteratus (1) praedi-

(1) Vide *Hilarium Lib.* II. *de Trinit.* cuius ver

ρανε ; τουτέσιν μῶραν οὖσαν ἤλεγξε τῷ μὴ ἰσχυρὸν εὑρεῖν τὸ ἀληθές.

cavit, & perſuaſit. Quomodo autem infatuati ſunt? Hoc eſt, ſtultitiam, quae in eis erat, arguit, non potuiſſe eos reperire veritatem.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. THEODORETI.

ΣΟφίαν τοῦ κόσμου τὴν εὐγλωττίαν καλεῖ· καὶ γὰρ ταύτης χορηγὸς ὁ θεός· αὐτὸς γὰρ καὶ τὰς γλώσσας διεῖλεν, καὶ ἑκάστῃ χαρακτῆρας ἰδίους ἀπένειμεν· καὶ τῇ ἑλλάδι τῇ νῦν φωνὴν αὐτὸς ἔδωκε εἰς λαμπρότητα· οἱ δέγε οὐκ εἰσδέον ταύτῃ χρησάμενοι δέλεαρ αὐτῆς τῆς ἀπατῆς ἀπέφηναν. καὶ πυθανὴν τὴν μυθολογίαν τῆς πλανῆς εἰργάσαντο· κατηγορεῖ τοίνυν αὐτῆς εὐγλωττίας· ἀλλὰ τῆς ἐν αὐ-

SApientiam mundi, eloquentiam vocat. Etenim huius ſuppeditator eſt Deus. Ipſe enim & linguas diviſit, & cuilibet proprios characteres diſtribuit. Et Greciae, quae nunc eſt, linguam ipſe dedit in ſplendorem; qui vero non ad neceſſarium ea uſi ſunt, ipſius fraudis illecebram reddiderunt, & probabilia erroris fabulamenta effecerunt. Accuſat igitur non eloquentiae, ſed fal-

ba referuntur a nobis etiam *Lib. de Eruditione Apoſtolorum Cap.* XVI.

αὐτῇ κηρυττομένης ψευδολογίας· τῇ διὰ τῶν κτισμάτων φαινομένου, οἷον οὐρανοῦ καὶ γῆς, οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος τὸν θεὸν διὰ τῆς ἐνθεωρουμένης αὐτοῦ σοφίας τοῖς κτίσμασιν, εὐδόκησε διὰ σταυροῦ σῶσαι τοὺς πιστεύοντας· ὅσις μωρία τοῖς ἀπίστοις καὶ ἀπολλομένοις εἶναι δοκεῖ· σοφίαν θεοῦ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ὀνομάζουσι σύνεσιν, καὶ τὴν εὐγλωττίαν, ἤ τοι αὐτὸ τὸ λέξεως ἄνθηρον· ἵνα διδάξῃ ὅτι οὐ ποιητὴς ὁ θεὸς καὶ φρονήσεως χορηγὸς καὶ εὐγλωττίας· καὶ εἴ τινες αὐτοῖς ἐφ' ἃ μὴ δεῖ ἐχρήσαντο· μωρίαν δὲ τοῦ κηρύγματος τὴν τῶν λέξεων ἁπλότητά φησί. ἰδιώται μὲν γὰρ τῷ λογῳ ἦσαν οἱ θεσπέσιοι

falſiloquentiae ea predicatae; ob quam (1)per creaturas, quales coelum & terram, emicantem Deum mundus haud novit, per eam ipſius ſapientiam, quae in creatis rebus ſpectatur; placuit ei per crucem ſervare credentes; quae ſtultitia incredulis, & pereuntibus eſſe videtur, qui ſapientiam Dei, & humanam intelligentiam, & eloquentiam, & ipſam dictionis floridam iucunditatem adpellant; ut doceat non factorem Deum, prudentiae & eloquentiae datorem eſſe: & *ſi qui ipſis ad ea, quae non oportet, abuſi ſunt. Stultitiam autem praedicationis, dictionis ſimplicitatem dicit. Ruſtici enim

(1) Forte legendum ὅτι.

σιοι μαθηταί. πλούσιοι δὲ τῇ γνώσει· ἐὰν φησὶν εἴπωμεν ἰουδαίῳ πίστευσον, εὐθὺς σημεῖα καὶ τέρατα ἐπιζητεῖ γενέσθαι πρὸς σύστασιν τοῦ κηρύγματος. ἡμεῖς δὲ χριστὸν κηρύσσομεν ἐσταυρωμένον· ὅπερ οὐ μόνον οὐκ ἔστι σημείων ἀπόδειξις· ἀλλὰ καὶ ἀσθενείας, ὅσον κατὰ τὸ φαινόμενον. καὶ ὁτὲ μὲν τούτῳ τῷ δοκοῦντι ἀσθενεῖ καὶ ἐναντίως πρὸς ἃ ἀπαιτοῦσιν ἐπάγονται πρὸς τὴν πίστιν· ὅπερ μεγάλην δείκνυσι τοῦ θεοῦ πὴν δύναμιν. πάλιν ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσι παρ' ἡμῶν· ἀλλὰ κἀκείνοις ἡμεῖς τὸν σταυρὸν κηρύσσομεν. ὅπερ κατὰ τὸ φαινόμενον μωρίας εἶναι δοκεῖ, θεὸν κηρύσσειν σταυ-

nim ſermone erant divini diſcipuli, divites vero ſcientia. Si, inquit, dicamus Iudaeo, crede, ſtatim ſigna, & prodigia, quaerit fieri ad confirmationem praedicationis. Nos vero Chriſtum crucifixum praedicamus, quod non ſolum non eſt ſignorum oſtenſio, ſed potius infirmitatis, in quantum adparet. Sed illi quidem hoc ipſo quod videtur infirmum & contrarium iis, quae expoſcunt, ad fidem inducũtur, & hoc eſt quod magnã Dei virtutem demonſtrat.(1) Iterum Graeci a nobis ſapientiam quaerunt. Sed & illis nos crucem praedicamus. Id quod ſulti-

(1) Adi, ſi vacat, libellum noſtrum *De Eruditione Apoſtolorum Cap.* XIII.

σταυρωμένον. ἀλλὰ καὶ οὕτως πείθοντα. ἆρα οὐ ταῦτα μεγίστου θαύματος τὸ ἐκ τῶν ἐναντίων μὴ πρὸς ἃ αὐτοὶ ἐπιζητοῦσι πείθεσθαι αὐτούς; ἢ καὶ οὕτως νοητέον· ἐπειδή φησι καὶ ἰουδαῖοι σημεῖα ἐπιζητοῦσι, καὶ ἕλληνες σοφίαν, εὑρίσκουσιν ἀμφότεροι ὃ ζητοῦσιν εἰς τὸν χριστόν. πῶς; τοῖς μὲν γὰρ ἀπίστοις ἰουδαίοις σκάνδαλόν ἐστιν, καὶ τοῖς ἀπίστοις ἕλλησι μωρία δοκεῖ· οἱ δέ φησι κλητοὶ καὶ ἐπίλεκτοι ἐξ αὐτῶν εὑρίσκουσιν αὐτὸν ὄντα δύναμιν καὶ σοφίαν τοῦ πατρός· τί γὰρ λέγεις ὦ ἰουδαῖε; σημεῖα ἐπιζητεῖς; ἴδου ὁ χριστὸς θεοῦ δύναμίς ἐστιν ἡ τῶν σημείων ποιητική. καὶ σὺ τί λέγεις ὦ ἕλλην. σοφίαν ζητεῖς; ἔχεις τὸν χρι-

titiae esse, in quantũ adparet, videtur, Deum praedicare crucifixum. Sed & ita persuadentur. Profecto nonne haec magni miraculi, persuaderi eos contrariis eorum, quae ipsi requirunt? Vel & ita intelligendum. Quoniam, inquit, & Iudaei signa quaerunt, & Graeci sapientiam; invenisit utrique in Christo, quae quaerunt. Quomodo? Incredulis enim Iudaeis offendiculum est, incredulis autem Graecis stultitia videtur. Vocati vero, inquit, & electi ex ipsis, inveniunt ipsum exsistentem virtutem & sapientiam Patris. Quid enim dicis, o Iudaee? signa quaeris? Ecce Christus Dei virtus est miraculorum effe-

ctrix.

χρισὸν σοφίαν ὄντα τοῦ πατρός· ἐπεὶ οὖν σημεῖα καὶ σοφίαν ἐπιζητούμεθα, κηρύσσομεν τὸν χρισὸν ἀμφότερα ὄντα τοῖς κλητοῖς· καὶ εὑρίσκοντες ἃ ζητοῦσι πιστεύουσιν. οἱ δέγε ἄπιστοι σκανδάλου καὶ μωρίας ἄξια τὰ ἀξιοθαύματα νομίζουσι· καὶ τί θαυμαστόν; καὶ γὰρ ὁ αἰσθητὸς ἥλιος σκοτεινὸς τοῖς ἀμβλυόττουσι τὰς ὄψεις ὁρᾶται. σκάνδαλον εἶναι δοκοῦν κατὰ πατρὸς τὴν ὄψιν. τίς γὰρ τῶν ἀπίστων οὐκ ἂν σκανδαλισθείη καὶ ἀπειστήσειεν οἷον εἶναι τοῖς δοκοῦσιν θεὸν ἐσταυρομένον κηρύσσεσθαι· εἶναι μὲν δοκεῖ φησι σκάνδαλον καὶ μωρία· πλὴν αὐτοῖς τούτοις φησὶ δοκεῖ ὁ χρισὸς καὶ τὰ αὐτοῦ πάθη εἶναι δύναμις τοῦ θεοῦ καὶ σοφία

ctrix. Et tu quid ais, o Graece? Sapientiam quaeris? Habes Chriſtum, qui eſt Patris ſapientia. Quoniam igitur ſigna & ſapientiam expoſcimur, praedicamus Chriſtum qui eſt utraque electis; & invenientes, quae quaerunt, credunt. Increduli vero offendiculo & ſtultitia digna, ea quae ſtupore digna ſunt reputant. Et quid mirum? Etenim ſenſilis ſol tenebrae viſu hallucinantibus videtur. Offendiculum eſſe, quum videatur ſecũdum patris *viſum. Quis enim incredulorum non offendatur, & minime credat poſſibile eſſe Deum crucifixum praedicari ab iis, qui id putant? Eſſe quidem vi-

de-

φία· ἄρα οὐ θαυμαστόν· πλὴν τοῖς κλητοῖς δοκεῖ. κλητοῖς δὲ οὓς ὁ θεὸς ἐκάλεσεν διὰ τὸ ἀξίους εἶναι. ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ θεῦ, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί.

detur, inquit, offendiculum, & ſtultitia. Veruntamen his ipſis, inquit, videtur Chriſtus ob eius perpaſſiones eſſe virtus Dei, & ſapientia. Vtique non mirũ. Verũtamen vocatis videtur. Vocatis vero, quos Deus vocavit, eo quod digni eſſent; quia ſtultum Dei fortius eſt hominibus.

ΟΤι τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί, καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί· βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοὶ, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοὶ, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς· ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ θεὸς, ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ, καὶ τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρὰ, καὶ τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ θεὸς, καὶ τὰ μὴ ὄν-

QVia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus; & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. Videte enim vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed quae ſtulta ſunt mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemtibilia elegit Deus, & ea, quae non ſunt, ut ea, quae ſunt, deſtrueret:

ut

ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ· ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις, ἵνα, καθὼς γέγραπται, ὁ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω.

ut non glorietur omnis caro in conſpectu eius. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia a Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemtio, ut quemadmodum ſcriptum eſt: Qui gloriatur, in Domino glorietur.

β'

CAP. II.

Κἀγὼ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς ἀδελφοί, ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ· οὐ γὰρ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον.

Et ego, quum veniſſem ad vos fratres, veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiae, adnuntians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.

Ὁ Σταυρὸς μέν δοκεῖ μωρία· πλὴν σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί· πῶς; οἱ μὲν σοφοὶ καὶ φιλόσοφοι περὶ ψυχρὰ καὶ ἀνόνητα ἠσχολήθησαν· ὁ δὲ σταυρὸς, τὸν κόσμον ἔσωσε· καὶ γὰρ μυ-

CRux quidem videtur ſtultitia; verum ſapientius eſt hominibus. Quomodo? Sapientes quidem & philoſophi circa frigida, & inutilia, occupati fuerunt. Crux autem mundum ſerva-

μυρίων ἐπιχειρούντων σβέσεσθαι τὸ ὄνομα τοῦ χριστοῦ, οὐ μόνον οὐκ ἐσβέσθη, ἀλλὰ πλέον ἀνθεῖ· διὰ αὐτοῦ ἀσθενοῦς εἶναι δοκοῦντος σταυροῦ τοῦ ἰσχύρους τροπαιωσαμένου.

vavit. Sexcentis enim adgredientibus extinguere Christi nomen, non solũ non est extinctum, sed amplius floret, per eam crucem, quae infirma esse videtur, forti in fugã verso, & debellato.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ.

Οὐ μόνον ὅτι πᾶσα ἀνθρωπίνη διάνοια πλανή τις κρινομένη πρὸς τὸ σάθερον καὶ μόνιμον τῶν θείων καὶ τελειοτάτων νοήσεων· ἀλλ' ὅτι καὶ συνηθές ἐστι τοῖς θεολόγοις ἀντιπεπονθότος ἐπὶ θεοῦ τὰ τῆς στερήσεως ἀποφάσκειν· αὐτὸς καὶ ἀόρατά φησι τὰ λόγια τὸ παμφαὲς φῶς, καὶ τὸ πολυύμνητον καὶ πολυώνυμον ἄῤῥητον καὶ ἀνώνυμον· καὶ τοῖς πᾶσι πάροντα καὶ ἐκ πάν-

DIONYSII.

NOn solum quia omnis humana sententia error quidam iudicatur in comparatione stabilitatis & firmitatis divinarum & perfectissimarum intelligentiarum. Sed quia & consuetum est Theologis de Deo, qui contra se habet, negando differere. Ita invisibilia inquiunt oracula, lucem omnino splendentem, & multis laudibus ferendam, & multinominem, & in-

ef-

πάντων εὑρισκόμενα, ἀκατάληπτα καὶ ἀνεξιχνίαστα· ἐπισκέψατε φησι καὶ προσέχετε πῶς μέγαλα δύναται ἡ κλῆσις ὅτι ἰδιώτας οὕτως σοφὰ δόγματα μαθεῖν παρεσκεύασεν ἐν τῇ κλήσει φησὶ καὶ τῇ πίσει ταύτῃ· οὐκ ἦλθον σοφοὶ πολλοί. προσέθηκεν δὲ τὸ πολλοὶ, ὅτι ἦσαν καὶ σοφοί τινες πισεύσαντες· οἷον ὁ Ἀρεοπαγίτης, ὁ ἀντύπατος, καὶ ἕτεροι, καὶ πανταχοῦ τὸ πολλοὶ διὰ τοῦτο πρόσκειται, ὅτι ἦσάν τινες δυνατοὶ καὶ εὐγενεῖς πισεύσαντες, κατὰ τὸ φαινόμενον κατὰ τὸν παρόντα βίον καὶ τὴν ἔξωθεν παίδευσιν· οὗτοι γὰρ μάλισα μωροί. οἱ πεπισευκότες ἑαυτοὺς ὅτι εἰσὶ σοφοί· διὸ καὶ δυσαποσπάσως ἔχουσι

effabilem, & nullo nomine, & omnibus praesentia, & quae ex omnibus incomprensibilia, & inscrutabilia, reperiuntur. Considerate, inquit, & attendite quam magna potest vocatio; quia ita imperitos, adeo sapientia dogmata ut discerent effecit. In vocatione, inquit, & fide hac. Non venerunt sapientes multi. Addidit autem illud *multi*, quia erant etiam sapientes quidam, qui crediderant, quales Areopagites, Proconsul, & alii; & ubique illud *multi* propterea adponitur: quia erant quidam potentes, & nobiles, qui crediderant, secundum id, quod apparet, secundum praesentem vitam, &

σι πρὸς τὰ ἴδια δόγματα· γὰρ οἱ δυνατοὶ, καὶ οἱ εὐγενεῖς τύφου πεπλησμένοι· οἱ μὲν διὰ τὸν πλοῦτον· οἱ δὲ διὰ τὸ γένος, ἐξέλκουσιν ἑαυτοὺς τῆς θεογνωσίας καὶ οὐκ αἱροῦνται τῶν παρόντων καταφρονεῖν· καὶ πανταχοῦ τὰ ἀποβόλιμα καὶ τὰ εὐτελῆ προσελάβετο, ἵνα τοὺς δυνατοὺς ἀπίστους καταισχύνῃ..... .... δὲ ἐξελέξατο, μὴ τοῦτο ἀποπεύσῃς ὅτι ἔργον ἔχεν ὁ θεὸς, τοὺς μὲν πτώχους λαβεῖν, τοὺς δὲ δυνάστας ἀπώσασθαι· ἀλλ' ὅτι εὐτελεῖς προσέδραμον μᾶλλον τῇ πίστει· εἰ δὲ ἐν δυναστίαις ὄντες καὶ σοφίᾳ ἑαυτοὺς ἀπεχοίνισαν ἀπαξιώσαντες παρ' ἰδιώτων μαθεῖν. ὡς ὄγε θεὸς ἤθελε σῶσαι· καταισχύ-

& externam eruditionem. Hi enim maxime ſtulti, qui ſe ipſi crediderunt eſſe ſapientes. Ideo difficile a propriis placitis abſtrahi poſſunt. Etenim potentes, & nobiles ſuperbia pleni; illi quidem, propter divitias; hi vero, propter genus; ſubtrahunt ſe Dei cognitioni, nec eligunt praeſentia contemnere: & ubique abiecta & vilia adſumſit ut potentes incredulos confundat. Si vero hos non elegit, ne hoc tibi perſuadeas, opus habuiſſe Deum pauperes adſumere, potentes vero abiicere. Sed quia viles, & abiecti, adcurrebant magis ad fidē; (1) qui autem potentes erant atque ſapien-

C tes,

(1) Adi *Lib. De Erudit. Apoſtol. Cap.* III.

χύνη δὲ πανταχοῦ ... . περὶ ἐκείνων οἰκεία σοφία καὶ πλοῦτος πεποιθότων καὶ μὴ πιστευσάντων· αὕτη γὰρ νίκη τοῦ χριστοῦ μεγίστη, τὸ διὰ τῶν μωρῶν ἤτοι τῶν ἰδιώτων νικῆσαι τοὺς σοφοὺς καὶ καταισχῦναι· μεγίστη γὰρ τῶν σοφῶν αἰσχύνη παρ' ἰδιώτων ἥττασθαι. καὶ μεγίστη νίκη χριστοῦ ἐν μωροῖς νικᾶν τοὺς σοφοὺς, τοὺς μεγαφρονοῦντας ἐπὶ δυνάμει καὶ πλούτῳ· πάντα φησὶν ἐποίησεν ὁ θεὸς ἵνα παύσῃ αὐτοὺς τῆς ἀλαζονίας καὶ τοῦ νομίζειν ἑαυτοὺς εἶναί τι· καὶ ὑμεῖς ἔτι ἀλαζονεύεσθε καὶ φρονεῖτε μέγα, ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἔστε. τουτέστιν ἀνελόμενος ἡμῖν τῆς ἀλαζονείας ὁ θεὸς, τέκνα ἴδια πεποίηκε διὰ

tes, se ipsos abstraxerunt, quum indignum reputarent ab imperitis addiscere, quos Deus voluit servare. Confundit vero ubique mundana ..... propria sapientia, & divitiae eorum, qui persuasi fuerunt, & non crediderunt. Haec enim maxima Christi victoria; per stultos & imperitos vicisse, & confudisse sapientes. Maximum enim sapientium dedecus ab idiotis superari; & maxima victoria Christi in stultis vincere sapientes, potentia divitiisque superbos(1). Omnia, inquit, fecit Deus, ut liberet eos ab adrogantia, & ab existimando se ipsos esse aliquid. Et vos a-

(1) Consule nostrum *Lib. De Erudit. Apost. Cap.* XIV.

διὰ ἰησοῦ χριστοῦ. τοιγαροῦν ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς φεύγειν τὴν ἀλαζονείαν ἔχθραν οὖσαν τοῦ θεοῦ· ὥς φησι, χριστὸς ἐγενήθη ἡμῖν ἀπὸ θεοῦ σοφία καὶ δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις. τουτέστιν ὁς ἐποίησεν ἡμᾶς σοφοὺς καὶ ἁγίους καὶ δικαίους λυτρωσάμενος ἡμᾶς ἀπὸ τῶν τοιούτων ἐναντίων. ἐπειδὴ γὰρ μωρὰ ἐξελέξατο, σοφὰ αὐτὰ ἐποίησε καὶ δίκαια καὶ ἅγια. οὐκ εἰπὼν ἐσόφισεν ἡμᾶς, ἀλλὰ δεικνὺς τὸ ἄφατον τῆς δωρεᾶς, φησὶν, ἐγενήθη ἡμῖν σοφία, τουτέστιν ἑαυτὸν ἡμῖν ἔδωκεν. μέγαλα εἰπὼν περὶ τοῦ ἰησοῦ, οἷον σοφίαν, δικαιοσύνην, ἁγιασμὸν, καὶ ἀπολύτρωσιν, προστίθη-

adhuc adrogantes eſtis & ſuperbitis. Ex ipſo vero vos eſtis; hoc eſt, quum abſtuliſſet nobis adrogantiam Deus, proprios filios fecit per Ieſum Chriſtum. Quamobrem adrogantiam Dei inimicam effugere debemus. Hic ait, Chriſtus factus eſt nobis a Deo ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemtio, hoc eſt, qui fecit nos ſapientes, & ſanctos, & iuſtos, quum redemiſſet nos ab huiuſmodi contrariis. Quia enim ſtulta elegit, ſapientia ipſa fecit, & iuſta, & ſancta(1). Non dicens, ſapientes nos fecit, ſed oſtendens munus ineffabile, inquit, factus

(1) Adi, ſi tanti eſt, *Librum De Eruditione Apoſtolorum Cap.* XVI.

θησι τὸ ἀπὸ τοῦ θεοῦ· ἵνα μὴ ἀγέννητον αὐτὸν ὑπολάβῃς, ὅρα πῶς ὁδῷ προβαίνει· πρὸς τοὺς σοφοὺς ποιήσας ἀπήλλαξεν τῆς πλάνης, καὶ τοτὲ δικαίους καὶ ἁγίους τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοιτήσει, καὶ οὕτως ἠλευθέρωσε πάντων τῶν κακῶν· τοῦτο γάρ φησίν ἐστιν ἀπολύτρωσις. πάντα φησὶ γέγονε ταῦτα, ἵνα μηδ' εἰς ἑαυτὸν εἶναί τι νομίζῃ, μηδὲ εἰς ἑαυτὸν καυχᾶται ἀλλ' εἰς τὸν θεόν. αἰνίττεται δὲ αὐτούς. ἦσαν γάρ τινες μέγαλα φρονοῦντες· εἰρηκὼς ὅτι ἡ σοφία ἐμωράνθη· καὶ οἱ δοκοῦντες μωροὶ ἐξελέγχθησαν. προστίθησι, καὶ ἐγω δὲ αὐτὸς ὁ κῆρυξ οὐκ ἦλθον συλλογισμοῖς παρεσκευασμένος· καὶ σο-

tus est nobis sapientia, hoc est, seipsum nobis dedit. Magna dicens de Iesu, qualia, sapientiam, iustitiam, sanctificationem, & redemtionem. Addit illud *a Deo*, ne ingenitum ipsum existimes. Vide quomodo via progreditur; sapientes quum fecisset, errore liberavit, & tunc iustos & sanctos per sancti spiritus illapsum(1), atque ita ab omnibus malis liberavit. Hoc enim, inquit, redemtio est. Omnia, inquit, haec facta sũt, ut nemo se ipse aliquid putet, neque in se ipso, sed in Deo, glorietur. Innuit vero ipsos. Erant enim quidam magna de se sentientes; quum dixisset, quia sapientia

(1) Vide, quae differimus *Lib. De Eruditione Apostolorum Cap.* XV.

σοφίᾳ ἀνθρωπίνῃ φησί· τί γὰρ εἰ καὶ ἠθέλησε ἠδύνατο εἶναί τις τὸ εἶναι ἐν σοφίᾳ αὐτὸς μὲν οὐκ ἠδύνατο, ὁδὲ χριστὸς ἠδύνατο αὐτὸν ποιῆσαι σοφὸν εἰ ἠθέλησε· ὁ θάνατον γὰρ περιήει κηρύσσειν χριστοῦ, διὸ μάρτυρα αὐτὸν καλεῖ· καὶ γὰρ καὶ ἐγὼ τοῦτο ἐδοκίμασα, ἐπειδὴ καὶ ὁ χριστὸς, τὸ ἀνευ εὐγλωττίας φησὶ κηρύττεται καὶ ἐγὼ ἐν ἀσθενείᾳ καὶ ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς· καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πιθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως· ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων;

tia ſtulta facta eſt, & qui ſapientes ſibi videbantur ſtulti deprehenſi ſunt (1), addit, & ego vero ipſe praeco non veni ſyllogiſmis inſtructus, & humana ſapientia, inquit. Quid enim? Etſi voluiſſet, non potuiſſet, dicat quis. Eſſe quidem ſapiens ipſe non potuiſſet; Chriſtus autem poterat eum facere ſapientē, ſi voluiſſet (2). Mortē enim Chriſti praedicans circuimbat; propterea teſtem eū vocat. Etenim & ipſe hoc probavi, quoniam & Chriſtus (3) praedicatur, īquit, ſine eloquētia, & ego in infirmitate, & timore, & tremore, multo fui apud vos, & ſermo me-

ἀλ-

(1) *Ad Romanos Cap.* I.

(2) Conſule, ſi vacat, *Librum* noſtrum *De Eruditione Apoſtol. Cap.* X. *pag.* 157. *& ſeqq.*

(3) Forte legendum ἀνευ, & τὸ delendum.

ἀλλ' ἐν δυνάμει θεοῦ· us,& praedicatio mea non in perſuabilibus humanae ſapientiae verbis; ſed in demonſtratione ſpiritus, & virtutis; ut fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei.

Καὶ ἐγὼ ἐν ἀσθενείᾳ καὶ ἐν φόβῳ, καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς· καὶ ὁ λόγος μου, καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πιθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει θεοῦ· σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις, σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων. ἀλλὰ λαλοῦμεν σοφίαν θεοῦ ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν· ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται, ὃ ὀφθαλ-

ET ego *in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos: & ſermo meus, & praedicatio mea, non in perſuaſibilibus humanae ſapientiae verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis: ut fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos; ſapientiam vero non huius ſaeculi, neque principum huius ſaeculi, qui deſtruuntur: ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quae abſcondita eſt, quam praedeſtinavit Deus ante ſaecula in gloriam noſtram, quam nemo principum huius ſaeculi cognovit: ſi enim cognoviſſent, numquam Dominum gloriae crucifixiſſent. Sed ſicut ſcriptum eſt: Quod oculus non vidit, nec*

θαλ-

au-

ϑαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ ϑεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

auris audivit, nec in cor hominis adſcendit, quae praeparavit Deus iis, qui diligunt illum.

ΤΗΣ ἔξωϑέν φησιν οὐκ ἐδεήϑην σοφίας. ἀλλὰ μόνον χριστὸν ἐκήρυξα καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον, καὶ .... πάντων τῶν σοφῶν ἐνέφραξα τὰ στόματα· πῶς γὰρ οὐκ ἀσθενὴς ὁ ὑπὸ τοσούτων δυνάμεων διωκόμενος· οὐ μόνον φησὶν οὐκ ἐδεήϑην σοφίας εἰς τὸ κήρυξαι, ἀλλὰ καὶ ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ὢν διὰ τοὺς διωγμοὺς οὕτως ἐκήρυξα· ὅπερ πολλὴν δείκνυσι τὴν δύναμιν τοῦ σταυροῦ· ὅτι ἐν ἰδιωτείᾳ καὶ φόβῳ κηρυσσόμενος κατέσχε, καταβάλλει δὲ τοὺς παρ' αὐτοῖς φιλοσοφοὺς, δεικνὺς πόσα μὲν

EXterna, inquit, non indigui ſapientia, ſed Chriſtum ſolum praedicavi, & hunc crucifixum; & ora omnium ſapientum obſtruxi. Quomodo enim non infirmus, qui a tantis poteſtatibus perſequutionem patitur? Non ſolum, inquit, non indigui ſapientia ad praedicandum, ſed & in timore & tremore, multo quum eſſem propter perſequutiones, ita praedicavi. Quod multam oſtendit crucis virtutem, quia in imperitia, & timore praedicata obtinebat(1). Deiicit autem

(1) Adiſis *Cap.* XIV. *Lib. De Erudit. Apoſtol.*

μὲν ἦν τὰ κωλύματα τοῦ πιστευθῆναι τὸ κήρυγμα· πῶς δὲ ἐπιστεύθη· οὐ γὰρ ἦν τὸ κήρυγμα σεσοφισμένον διὰ τῆς ἔξωθεν εὐγλωττίας καὶ παιδεύσεως· διὰ γὰρ τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ σημείων καὶ δυνάμεων τὰς ἀποδείξεις φησὶ τοῦ ἀληθῆ λέγειν παρεχόμεθα καὶ διὰ τῆς εἰς ὑμᾶς ἐνεργούσης δυνάμεως· εἰ γὰρ ἦν ἐν σοφίᾳ ἀνθρωπίνῃ ὑπενοήθη ἂν τῇ εὐγλωττίᾳ περιγένεσθαι. νῦν δὲ τὸ διὰ σημείων καὶ δυνάμεων εἶναι, τὸ ἀναμφίβολον προξένει τῇ πίστει· ἡ γὰρ διὰ τῶν ἔργων καὶ σημείων ἀπόδειξις, τῆς ἐκ ῥημάτων βεβαιοτέρα· ἐπειδὴ ἅπαξ ἐπέδειξε τὴν τῶν ἀνθρώπων δοκοῦσαν σοφίαν, τότε λοιπὸν θάῤῥει καλεῖν αὐ-

tem ipſorum philoſophos, quum oſtendiſſet quanta erant impedimenta credendi praedicationem. Quomodo autem credita eſt? Non enim erat praedicatio docte compoſita per externam eloquentiam & eruditionem. Nam per ſpiritum ſanctũ, &quae ex ipſo erant, ſigna,& virtutes: demonſtrationes, inquit, veritatis dicere idonei facti ſumus,& per virtutem, quae operatur in nobis. Si enim in humana ſapientia erat, ſubſpicio oriretur eloquentiae vi iſta fieri. Nunc vero quum per ſigna, & virtutes ſit, dubitationis vacuitatem fidei conciliat. Demonſtratio enim per opera & ſigna, firmior eſt ea, quae ex ver-

αὐτὸν σοφίαν. σοφίαν δὲ λέγει τὸ περὶ χριστοῦ κήρυγμα, καὶ τὸ διὰ σταυροῦ σωθῆναι τὰ ὑπὸ οὐρανόν. ἐν τοῖς τελείοις τουτέστιν ἐν τοῖς πίστοις. ἐκεῖνοι γὰρ σοφοὶ καὶ τέλειοι οἱ τὰ ἀνθρώπινα ὑπερίδοντες ὡς ἀσθενῆ, καὶ θεῷ ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότες· αἰῶνος τούτου λέγει, διὰ τὸ ἐπίκαιρον αὐτῶν καὶ μεχρὶ τοῦ αἰῶνος τούτου ἰσᾶναι, καὶ μὴ προιέναι εἰς τὸ μέλλον. καὶ γὰρ καταργοῦνται καὶ συμπάυονται τῷ παρόντι βίῳ. ἀλλ' οὐκ οἱ δίκαιοι· ἀλλὰ τότε μᾶλλον ἢ νῦν ἀνθοῦσιν· ἄρχοντας δὲ καλεῖ, αἰνιττόμενος τοὺς παρ' αὐτοῖς φιλοσόφους, λογογράφους, ῥήτορας, οἱ καὶ δημάγωγοι ἐγίνοντο· μυστήριον καλεῖ τὸ

verbis fit. Quoniam semel ostendit, hominum, quae videtur, sapientiam, stultitiam esse; hanc autem esse verã sapientiam(1). Deinceps non dubitat ipsam vocare sapientiam. Sapientiã autem dicit praedicationem de Christo; & per crucem servata esse omnia, quae sub coelo sunt. Imperfectis, hoc est, infidelibus. Illi enim sapientes & perfecti, qui humana despexere ut infirma, & Deo se ipsos dediderunt. Saeculi huius, ait, quod temporanea ea sint, & usque ad hoc saeculum durent, & in futurum non progrediantur. Etenim evacuantur & cessant una cum praesenti vita. Sed non iusti. Ve-

(1) Vide *Cap.* XVI. toties memorati operis.

τὸ κατὰ χριστὸν κήρυγμα. ὅτι οὐδὲ μιὰ δύναμις οὐρανία ἤδει αὐτὸ πρὸ τοῦ γενέσθαι, καὶ ὅτι ἄλλα ὁρῶντες, ἄλλα πιστεύομεν. χριστὸν ὁρῶν, ὡς φιλάνθρωπον σέβω· δοῦλον γεγονότα ἀκούων, τὴν κηδεμονίαν αὐτοῦ προσκύνω. ἔτι γὰρ καὶ νῦν κέκρυπται. τοῖς μὲν ἀπίστοις καὶ σφόδρα· τοῖς δὲ πίστοις οὐ σφόδρα. ἣν σοφίαν προώρισας ὁ πατὴρ φησι τὴν περὶ ἡμῶν κηδεμονίαν ἐνδεικνύμενος ἵνα ἡμᾶς διὰ αὐτῆς δοξάσῃ· τὸ δὲ πρὸ τοῦ αἰῶνος δηλοῖ τὸ συναΐδιον πρὸς τὸν πατέρα· ἔνι μὲν νοεῖται τοῦτο καὶ περὶ τοῦ πιλάτου καὶ ἡρῴδου. ἠγνόουν γάρ. ἔνι δὲ καὶ περὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ γραμματέων. οἵτινες ἠγνόουν τὴν διὰ τοῦ σταυροῦ τοῦ χριστοῦ

Verum tunc magis, quam in praeſens, florent. Principes vero vocat, innuens ipſorum Philoſophos, Scriptores, Oratores, qui etiam populi ductores erant. Myſterium vocat praedicationem ſecundum Chriſtum. Quia nulla virtus coeleſtis ſciebat ipſam antequã eſſet; & quia alia videntes, alia credimus. Chriſtum videns, ut humanum veneror, ſervum factum audiens, curam eius adoro. Adhuc enim, & nunc occulitur, incredulis quidem & multum; fidelibus autem non multum. Quam ſapientiam quum praedeterminaſſet Pater, inquit, de nobis curam oſtendens, ut nos per ipſam glorificet. Illud

σοῦ καὶ τοῦ θανάτου γενομένην οἰκονομίαν. ἐπειδὴ τοῖς ἀνοήτοις ὁ χριστὸς ἀδοξία εἶναι δοκεῖ· ὅρα πῶς χριστοῦ μνησθεὶς, κύριον αὐτῆς δόξης καλεῖ· δεικνὺς ὅτι οὐ μόνον οὐδὲν εἰς δόξαν παρεβλάβη ἐκ τούτου· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ ἐδοξάσθη.

lud autem declarat quod est ante saeculum, Patri coaeternum. Simul quidem, intelligitur hoc & de Pilato, & Herode, Ignorabant enim. Simul autem etiam de Pontificibus & Scribis, qui ignorabant dispensationem, quae per crucem Christi, mortemque fiebat. Quoniam insipientibus Christus infamia esse videtur. Vide quomodo, quum Christi meminerit, ipsius gloriae dominum vocat, ostendens non solum nihil ex hoc gloriae detrimentum cepisse, sed magis etiam ob humanitatem (1) fuisse glorificatum.

ΙΩΑΝΝΗΣ.

Εὐκαίρως κύριον δόξης ἐκάλεσεν: ἐπειδὴ γὰρ ὁ σταυρὸς ἀδοξία εἶναι δοκεῖ, δείκνυσι ὅτι μεγάλη δόξα ἐστὶν ὁ σταυρός.

OI-

IOANNES (2).

OPportune domino gloriae vocavit. Quoniam enim crux infamia esse videtur, ipsa crucem esse magna gloriam ostendit.

OE-

(1) Hoc est, *ob hominum amorem*.
(2) Hoc est, *Chrysostomus*.

ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΣ.

Εἰ μὲν τὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου δέξω ὡς πρὸς τὸν ἡρῴδην καὶ τὸν πιλᾶτον ἁπλουστέρως νοήσεις τὸ ἑπόμενον. εἰ γὰρ φησιν ἔγνωσαν οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν· οὐδὲ γὰρ τοσοῦτον ἐμεμήνεσαν φθόνου μὴ ὑποκειμένου. εἰ δὲ πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς ἐκλάβοις, οἱ ἤδεσαν αὐτὸν ὄντα τὸν χριστὸν· καὶ δῆλον ἐξ ὧν ἔλεγον οἱ γεωργοὶ τοῦ ἀμπελῶνος· οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε ἀποκτείνωμεν αὐτὸν καὶ ὁ ἄμπελος ἡμῶν ἔσται· ἀλλὰ φθόνῳ ἀπετυφλώθησαν· οὕτω νοήσεις τὸ κάτω· ὅτι εἰ ἔγνωσάν, φησιν, ὅτι τοσαῦ

OECVMENIVS.

SI illud *Principum huius ſaeculi* acceperis, ut Herodem & Pilatum reſpiciens, id quod ſequitur ſimplicius intelliges. Si enim, inquit, cognoviſſent, non certe dominum gloriae crucifixiſſent. Neque enim adeo furore correpti fuiſſent, quum invidia non ſubeſſet. Si vero ad Pontifices & ſcribas retuleris, qui ipſum noverant eſſe Chriſtum (& patet id, ex iis quae dicebant agricolae vineae, *hic eſt heres, venite interficiamus eum, & vinea noſtra erit*) ſed invidia excaecati erant; ita intelliges quod infra eſt, quia ſi cognoviſſent, inquit, tantam futurã gen-

σαύτη ἔσαι τοῖς ἔθνεσι σωτηρία ἐκ τοῦ σαυροῦ· οὐδ' ἂν ἦλθον εἰς τὸ σαυρῶσαι· ἐκτήκεσθαι μᾶλλον ἐκ τοῦ φθόνου αἱρούμενοι, ἢ ἵνα σώθη τὰ ἔθνη, καὶ ἐκβάλλῃ αὐτοὺς, καὶ ἀντικατάστη εἰς τὸ περὶ αὐτῶν. τί δὲ ἡτοίμασε τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, τὸν χριστὸν δηλαδὴ, καὶ τὴν διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως σωτηρίαν. ἀγαπῶντας δὲ τοὺς πιστεύσαντας καλεῖ ἡ γραφή· καὶ πόσα οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· τῶν ἁγίων προφήτων φησὶ προακουσάντων τὸ μυστήριον. καὶ φαμεν ὅτι ἕτερόν ἐστι τὸ ὡς ἄνθρωπον ἀκοῦσαι, καὶ ἕτερον τὸ ὡς προφήτην· καὶ γὰρ ἡ-

gentibus ſalutem ex cruce, neque ad crucifigendum proceſſiſſent; tabeſcere magis invidia eligentes, quam ut gentes ſervarentur, & ipſos eiicerent, & in eorum locum ſubſtituerentur. Quid autem praeparavit diligentibus ipſum? Chriſtum videlicet, & ſalutem per incarnationem. (Diligentes vero, eos, qui crediderant, Scriptura vocat] & quanta auris non audivit, & in cor hominis non adſcenderūt(1). Sãctorum, inquit, prophetarum, qui antea myſterium audiverunt. Et dicimus aliud eſſe audiſſe ut hominem; & aliud, ut prophetam. Etenim E-

ſa-

(1) Hunc locum ex Libro Eliae apocrypho ſumſiſſe Paulum adnotavimus *Lib. de Eruditione Apoſtolorum Cap.* X. *pag.* 160.

ἠσαΐας φησί. προσέθηκέ μοι ὦτιον εἰς τὸ ἀκοῦσαι· οὐκ ἐπειδὴ ἐνέλιπεν αὐτῷ οὖς ἀνθρώπου, ἀλλ' ὅτι προσέλαβε τὸ τοῦ προφήτου·

faias inquit: *Adposuit mihi auriculam ut audirem*, non quia defecit eum auris hominis, sed quia prophetae aurem adsumsit.

ΗΜῖν δὲ ὁ θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ· τὸ γὰρ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ· τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ, οὕτω καὶ τὰ τοῦ θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ. ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ, ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν ἃ καὶ λαλοῦμεν οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς πνεύματος ἁγίου, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες. ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι· καὶ οὐ

NObis autem revelavit Deus per *spiritum* suum. *Spiritus* enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. *Quis* enim hominum scit quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita & quae Dei sunt, nemo cognovit, nisi spiritus Dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis: quae & loquimur non in doctis humanae sapientiae verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. *Animalis* autem homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter examina-

οὐ δύναται γνῶναι, ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται· ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου ὃς συμβιβάζει αὐτόν; ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν.

natur. Spiritualis autem iudicat omnia: & ipſe a nemine iudicatur. Quis enim cognovit ſenſum Domini, qui inſtruat eum? Nos autem ſenſum Chriſti habemus.

γ'.

CAP. III.

Καὶ ἐγὼ ἀδελφοί, οὐκ ἠδυνήθην ὑμῖν λαλῆσαι ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς, ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα· οὔπω γὰρ ἠδύνασθε· ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε. ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε. ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις καὶ διχοστασίαι, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε; ὅταν γὰρ λέγῃ τις, ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἕτερος δὲ, ἐγὼ Ἀπολλώ, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε; τίς οὖν ἐστι Παῦλος, τίς δὲ Ἀπολλώς; ἀλλ' ἢ διάκονοι δι' ὧν ἐπιστεύσατε, καὶ ἑκάστῳ ὡς ὁ κύριος ἔδωκεν. ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἀλλ' ὁ θεὸς ηὔξανε,

Et ego, fratres, non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Tamquam parvulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam, nondum enim poteratis; ſed nec nunc quidem poteſtis: adhuc enim carnales eſtis. Quum enim ſit inter vos zelus, & contentio: nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? Quum enim quis dicat: Ego quidem ſum Pauli; alius autem: Ego Apollo: nonne homines eſtis? Quid igitur eſt Apollo? quid vero Paulus? Miniſtri eius, cui credidiſtis, & unicuique ſicut Dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigavit: ſed Deus incre-

πενῶσε οὖν, ε ὁ φυτεύων ἐςί τι οὔτε ὁ ποτίζων, ἀλλ' ὁ αὐξάνων θεός. ὁ φυτεύων δὲ καὶ ὁ ποτίζων ἓν εἰσιν, ἕκαστος δὲ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον.

crementum dedit. Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat: ſed, qui incrementum dat Deus: qui autem plantat, & qui rigat, unum ſunt. Vnuſquiſque autem propriam mercedē accipiet ſecundū ſuū laborem.

Εἰ' οὖν οὐδεὶς ἔγνω· ὑμεῖς φησι πῶς μεμαθήκατε; ὅτι φησὶν ὁ θεὸς ἡμῖν διὰ τοῦ πνεύματος ἀπεκάλυψεν, οὐ δι' ἀνθρωπίνης σοφίας· αὕτη γὰρ οὐκ ἠξιώθη ἰδεῖν τὰ μυςήρια· εἶτα δείκνυσι τὸ μέγιςον τῆς τοιαύτης μαθήσεως· εἰ γὰρ μὴ τὸ πνεῦμά φησι τὸ καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ ἐπιςάμενον ἐδίδαξεν ἡμᾶς· οὐκ ἂν ἠδυνήθημεν μαθεῖν, ἐν τοῖς ἀπορρήτοις γὰρ ἦν τὸ μυςήριον. διὸ καὶ τοῦ πνεύματος ἐδεήθημεν διδασκάλου. τὸ

SI igitur nemo novit, vos, inquit, quomodo didiciſtis? Quia, inquit, Deus nobis per ſpiritum revelavit, non per humanam ſapientiam. Ipſa enim digna non eſt reputata quae myſteria videret(1) Deinde oſtendit quod maximum eſt huius doctrinae. Niſi enim ſpiritus, inquit, qui & profunda Dei ſcit, edocuiſſet nos, non potuiſſemus diſcere. In arcanis enim erat myſteriū; ideo & ſpiritu eguimus magi-

(1) Conſule *Librum* noſtrum *De Eruditione Apoſtolorum Cap.* VI. & VII. *& ſeqq.*

τὸ δὲ ἐρευνῶ οὐκ ἀνοίας δεικτικόν ἐστιν· ἀλλὰ τοὐναντίον ἀκριβοῦς γνώσεως.

gistro. Quod autem scrutatur, stultitiam non recipit; sed e contra cognitionē exactā.

Ο ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ.

Οὐχ ὡς περιεργαζόμενος, ἀλλ' ὡς ἐντρυφῶν τῇ θεωρίᾳ· βάθη τοῦ θεοῦ εἰσι τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἡ κεκρυμμένη καὶ ἀπόθετος γνῶσις, ἣν εἰδὸς τὸ πνεῦμα, καὶ ταῖς ἁγίων ἀποκαλύψει ψυχαῖς. θεῶν τινων οὖν ἀποφαῖναι τὴν ἐν αὐτοῖς, ὥσπερ γάρ φησι τὰ τοῦ ἀνθρώπου οὐδεὶς οἶδεν ἄνθρωπος εἰ μὴ τὸ ἴδιον αὐτοῦ πνεῦμα, οὕτως οὐδὲ τὰ τοῦ θεοῦ τις οἶδεν εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ.

S. GREGORIVS

NOn quasi frustra laborans, sed quasi fruens speculatione. Profunda Dei sunt sacrarum litterarum occulta & secreta scientia, quam sciens Spiritus etiā Sanctorum animis revelabit. Divinam igitur quorumdam manifestat, quae in ipsis est. Vt enim, inquit, ea, quae sunt hominis, nemo novit, nisi propius eius spiritus; ita neque ea, quae sunt Dei aliquis novit, nisi Spiritus Dei.

ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΣ.

ΠΝεῦμα κόσμου καλεῖ, ὡς οἶμαι, τὴν

OECVMENIVS.

SPiritum mundi vocat, ut arbitror,

τὴν ἀνθρωπίνην σοφίαν καὶ παίδευσιν· ὅπερ φησὶν ὡς καταργοῦν τὸν σαυρὸν ὡς πρόειπεν, οὐκ ἐλάβομεν ἵνα εἰδῶμεν τὰ χαρισθέντα ἡμῖν ἀπὸ θεοῦ, τουτέστι τὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ χριστοῦ. τοσοῦτον ἡμεῖς φησι τῶν παρ' ἀνθρώποις σόφων σοφώτεροι· ὅσον οἱ μὲν πλάτωνα καὶ πυθαγόραν ἔχουσι διδασκάλους· ἡμεῖς δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐκ οὖν οὐδαμοῦ χρεία τις ἀνθρωπίνης σοφίας· ὅλα γὰρ πνευματικά· τοῦτο λέγει· ὅταν τί φησιν ἀνακύψῃ ζήτημα πνευματικὸν, ἀπὸ παραδειγμάτων πνευματικῶν τὰς συγκρίσεις καὶ τὰς ἐπιλύσεις ἐπάγομεν· οἱονεὶ ἀνέστη τριήμερος ὁ χριστός· ἐκ τοῦ Ἰωνᾶ τὰς ἀποδείξεις. εἰ ἐγέννησε παρθέ-

humanam ſapientiã, & eruditionem. Hoc inquit, ut evacuans crucem, prout ante dixit, non accepimus ut ſciamus donata nobis a Deo, hoc eſt, ea quae ſunt ſecundum Chriſti diſpenſationem. Tanto nos inquit, ſapientibus qui apud homines ſunt, ſapientiores; quantum illi quidem Platonem, & Pythagoram habent praeceptores; nos vero Spiritum Sanctum: non igitur ullo modo opus habemus humana ſapientia. Tota enim ſpiritalia. Hoc dicit. Quando, inquit, orta fuerit aliqua ſpiritalis quaeſtio, ab exemplis ſpiritalibus comparationes, & ſolutiones, inducimus. Qualiter, ſurrexit poſt

tres

θένος τὸν κύριον, ἐκ τῆς στείρας Ἄννης καὶ Ἐλισάβεθ ἡ ἐπίλυσις. ψυχικὸν ἄνθρωπον καλεῖ τὸν πάντα λογισμοῖς δίδωντα καὶ μηδὲν πίστει δεχόμενον. ὃς τοῖς τῆς ψυχῆς νοήμασι οὐ δυνάμενος καταλαβεῖν τὴν διδασκαλίαν τοῦ πνεύματος, πιστεῦσαι δὲ λογισμοῦ χωρὶς οὐ θέλων, πάντα μῶρα νομίζει τὰ τῆς οἰκονομίας τοῦ χριστοῦ. ψυχικός ἐστι ὁ κατὰ σάρκα ζῶν, καὶ μὴ πῶς τὸν νοῦν φωτισθεὶς διὰ τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ μόνον τὴν ἔμφυτον καὶ ἀνθρωπίνην σύνεσιν ἔχων, ἣν ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς ἐμβάλλει ὁ δημιουργός.

tres dies Christus; ex Iona demonstrationes. Si Virgo dominum genuit; ex Anna sterili, & Elisabetha, solutio. Animalem hominem vocat eum, qui omnia ratiocinationibus dat, & nihil excipit fide. Qui animae cogitationibus non potest cõprehendere doctrinã Spiritus. Credere autem sine ratiocinatione nolens omnia stulta reputat, quae Christi oeconomiam attinent. Animalis est, qui secundum carnẽ vivit, & nullo modo mentem habet per Spiritum illuminatam; sed tantum innatam, & humanam, intelligentiam habet, quam omnium animis Creator inserit.

ΙΩΑΝΝΗΣ.

ΑΝτὶ τοῦ ὅταν τι πνευματικὸν ἢ ἀπόῤῥητον ᾖ, ἀπὸ τῶν πνευματικῶν τὸ μαρτύριον ἄγομεν. οἷον ὅτι ἀρὰ ἀνέστη, παράγω τὴν τοῦ Ιωνᾶ μαρτυρίαν. ὅτι ἐκ παρθένου ἐγεννήθη, παράγω τὴν τῶν στειρῶν γέννησιν. ψυχικὸς δέ ἐστι ὁ τὸ πᾶν τοῖς λογισμοῖς τῆς ψυχῆς δοὺς, καὶ μὴ νομίζων ἀνέκαθέν τινος δεῖσθαι βοηθείας. ἀνόητος φησὶ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἀνόητος. οὐ δύναται γὰρ γνῶναι ὅτι ἐπὶ τοῖς τοιούτοις πίστεως μόνης χρεία ὡς ἀσθενούντων τῶν λογισμῶν· τοῦτο γὰρ πνευματικῶς ἀνακρίνεται· τουτέστιν ὅτι διὰ πίστεως καὶ πνεύματος τὰς ἀποδείξεις ἔχει τὰ θεῖα.

ὁ

IOANNES.

PRo illo, *Quando ſpiritale aliquid, & arcanũ eſt*, ex ſpiritalibus teſtimonium adducimus. Qualiter, vere eum reſurrexiſſe, adduco Ionae teſtimonium. Ex Virgine natum eſſe, adduco ſterilium partiones. Animalis vero eſt, qui totum animae ratiociniis cõcedit, quique putat nullo ſuperno auxilio indigere. Ignorat inquit, ſe ipſum eſſe inſipientem. Non poteſt enim cognoſcere in his ſola fide opus eſſe, quum ratiocinia infirma ſint. Hoc enim ſpiritaliter indicatur; hoc eſt, per fidem, & ſpiritum divina demonſtrationes habere. Spiritalis

ὁ πνευματικὸς φησι πίσει ὁρᾶ πάντα καὶ νοεῖ πάντα, καὶ τὰ ἴδια καὶ τὰ τῶν ἀπίστων. τὰ δέγε αὐτοῦ οἱ ἄπιστοι εἰδέναι οὐ δύνανται. τοῦτο γάρ ἐστιν, αὐτὸς δ' ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται. πῶς οὖν ὁ πίστος πάντα εἶδεν· ἐπειδὴ οἶδεν μὲν τὰ ἐνταῦθά τι σαθρὰ καὶ ἐπικηρά· οἶδεν δὲ τὰ ἐκεῖ, ὅτι μόνιμα καὶ αἰώνια· ὁ δέγε ἄπιστος οὐδὲ τὰ ἐνταῦθα οἶδεν. ἡγεῖται μὲν αὐτὰ μεγάλα οὐδὲν ὄντα, οὐδέπω ἐκεῖ· ἀπίστει γὰρ αὐτοῖς· διὰ τί δὲ ὁ ἄπιστος οὐδὲν οἶδεν, ὅτι φησὶ οὐκ ἔγνω νοῦν κυρίου· διὸ οὐδὲ συμβιβάσει αὐτὸν ἑαυτοῦ· τουτέστι καταλλάξει, οὐδὲ τῷ ἐχθρῷ ἀποκαλύψῃ ὁ θεός· διὰ τί δὲ οἱ πίστοι καὶ οἱ πνευματικοὶ ἴσασιν; ὅτι φησὶ νοῦν

lis, inquit, fide videt omnia, & intelligit omnia, & propria, & ea quae sunt incredulorum. Ea vero quae eius sunt, increduli videre non possunt. Hoc enim est illud, *Ipse vero a nemine iudicatur.* Quo modo autem fidelis omnia vidit? Quoniam novit quidem ea quae hic sunt, putria esse, & temporanea; novit vero ea quae illic sunt, stabilia, & aeterna esse. Incredulus autem neque ea, quae hic sunt, novit: existimat quidem ea magna, quum nihil sint; neque ea quae illic sunt; non credit enim ipsis. Cur autem incredulus nihil novit? Quia, inquit, non novit mentem Domini, propterea neque con-

χριστοῦ ἔχομεν, τουτέστι πνεῦμα χριστοῦ. καὶ ἅπερ ἴσμεν ὑπὸ τοῦ πνεύματος δεδίγμεθα. εἰκότως οὖν οἱ μὲν ἀγνοοῦσιν ἀπεστραμμένον ἔχοντες τὸν θεόν, ἡμεῖς δὲ φησὶ ἴσμεν τοῦ πνεύματος εὐπορήσαντες διδασκάλου.

chi illius, qui haud inconsulte quidem librum *De Christianismo rationabili* impugnavit, & cui late respondit *Lokius* secunda operis parte composita) atque ita habet latine conversum: *Ipse autem heic attestor, non omnia a me Lokii ratiocinia probari, quamquam eius librum Gallice verti. Id ex uno aut altero novae huius editionis loco constabit* (Animadversiones enim quasdam adversus Lokium interdum adiecit.) *Ea facile multiplicare potuissem si in tria priora primi voluminis capita virgam censoriam adsumere voluissem, in quibus Lokius incerta admodum quorumdam sacrarum litterarum locorum interpretatione innixus, paulo infirmioribus ratiocinationibus se implicuit &c.* Sed quum capita Lokiani operis pestilentissima sint, quartum, quinctum, ac deinceps, & in quibus meracus prope Socinianismus propinatur; (quidquid ille in contrarium probare conetur) quae contra ea eruditus Heterodoxus, *Philippus Mesnardus* scripserit, heic producenda essent ex eo Libro qui inscribitur: *Essai sur le Socinianisme, ou reflexions sur quelques Articles de la doctrine de Mr. le Clere touchant les Sociniens &c. Part. I. Sect. IV.* Et quidem ea lubenter heic in medium adducerem, quum Auctor hic in Italia nostra obvius non sit: nam certe firma sunt, nec ea *Lokius* facile eludet, aut eo confugiens quod non hunc solum articulum proposuerit, quum & Deum exsistere cunctorum opificem credendum docuerit; aut obtrudens, se docuisse il-

la

ἂν ἐνόμισαν. ὥστε καὶ πατέρα, καὶ κύριον εἰπεῖν τὸν θεὸν τὸν πατέρα, καὶ κύριον τὸν υἱὸν

lium vero unum Dominum, ne duos Dominos censeant. Si enim dicens vel Deum et

la duo credere tantum necessarium esse ut quis Christianus evadat; non autem postquam quis Christianus iam effectus est. Quod quidem magis ludere est, quam aliquid serio dicere; quum quis magis Christianus progressu, quam initio esse non possit. Et minus Christianus initio, non est Christianus initio. Fides enim una est, & tota simul, & individua, quam qui universam integramque non habet, infidelis iam est. Lubenter etiam proferrem haec, quod heinc adpareret cogi tamdem Heterodoxos ut Orthodoxiam tueantur ad traditionem aliquatenus confugere, licet mirabiliter tergiversentur; quod divinarum traditionum necessitatis maximum est argumentum. Sed brevitati consulens, pauca quaedam tantum adducam, ex quibus eius de Lokiano opere iudicium comprehendamus. Inquit ille igitur: *Auctor Christianismi rationabilis haud profecto primus fuit, qui pertenderit, ut quis Christianus verus sit, & salutem aeternam adipiscatur, sufficere ut credat Iesum esse Messiam. Absque eo quod superius adscendamus, celebris Hobbesius [bonus Christianus, ut omnibus notum est] Libro De Cive Cap. XVIII. isthuc ipsum iam deprehenderat, & iisdem fundamentis stabilire conatus fuerat, quibus novo Auctori idem extendere, & amplificare, placuit. Unica veritas, quam fide explicita credere necesse est, ut quis Christianus sit, & salutem consequatur, inquiunt illi, est credere Iesum esse Messiam. Id liquet ex eo, quod Iesus Christus eiusque Apostoli nihil aliud ab iis,*

qui-

υἱὸν αὕτη ἡ αἰτία. ἦν γὰρ ὑποχόμενος παρ' ἡμῖν ἕνα θεὸν εἶναι· εἰ οὖν εἶπεν καὶ τὸν πα-

& Deum, Deorum multitudinem Graeci ex imperitia arbitrarentur; vel Dominum

quibus Evangelium praedicant, exigunt, ut eos Chriſtianos adgnoſcant, atque baptiſſent. Et ecce eam demonſtrationem, cui iuxta Clericum, nihil ſatis firmi reſponderi ppteſt. At proclive eſt oſtendere, eam demonſtrationem, puram putamque eſſe illuſionem; immo etiam intentioni Clerici minime conducentem. Eius intentio eſt Socinianos & Antitrinitarios optimos eſſe Chriſtianos oſtendere. Ipſi Ieſum eſſe Meſſiam credunt: ecce id ſatis iuxta Hobbeſium, & Chriſtianiſmi rationabilis Auctorem. Nec Ieſus, nec eius Apoſtoli quidquam amplius expoſcunt &c. Et iure quidem erraticam hanc ſententiam, & Chriſtiano homine indignam, hi viri eruditi improbarunt; nam etſi probatum a *Lokio* fuiſſet *Meſſiam*, & *Filium Dei*, *Servatoremque Mundi*, & *Regem Iſrael*, apud Iudaeos ad eumdem tantum unumque Chriſtum referri; non tamen diverſas inter ſe adpellationes fuiſſe negare poteſt; diverſaque munera & proprietates Chriſti denotaſſe, hoc eſt, quem Meſſiam ſeu Chriſtum expectabant, & Regem eſſe, & Filium Dei, & Mundi Salvatorem; ita ut quamvis haec omnia nomina in eamdem unamque perſonam referrentur, res tamen diverſas illi perſonae convenientes indicaverint. Adeoque alium intellectum obferebat audientibus *Filius Dei*, alium *Meſſias*, hoc ſcilicet nomen quemdam prophetam, qui rex eſſet; illud, quemdam prophetam Regem, qui etiam Dei eſſet Filius. Inſuper, etſi heic quaerere multis nolim an Iudaei Meſſiam Filium Dei, & verum

Deum

πατέρα καὶ τὸν υἱὸν θεὸν ἢ κύριον, πάλιν εὑρίσκετο τῇ οἰκείᾳ ὑποχέσει ὅσον πρὸς ἅλ-

num & Dominum, Dominorum copiam credidiſſent. Ita ut haec cauſſa ſit cur Deum

Deum, fore crederent, quod minime quibusdam viſum eſt; tamen dubitari non poteſt, quin ita Apoſtoli crederent, atque ita eſſe Chriſtus docuerit: *Joann.* V. 18. *Propterea ergo magis quaerebant eum Iudaei interficere; quia non ſolum ſolvebat Sabbatum; ſed & patrem ſuum dicebat Deum, aequalem ſe faciens Deo.* Ergo ita dicebat ſe eſſe filium Dei, ut plane intelligeretur ſe facere aequalem Deo; quod apertius conſtat ex iis omnibus, quae eodem loco ſequuntur. Sic *Ioannis Cap.* X. quum Ieſus dixiſſet: *Ego & Pater unum ſumus*, Iudaei eum lapidare voluerunt, & querenti id reſponderunt: *De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia, & quia tu homo quum ſis, facis te ipſum Deum.* Idque tantum inferebant, quod ſe Dei filium adſereret, ut patet, & ipſe Ieſus amplius declarat paulo poſt dicens: *Quem pater ſanctificavit, & miſit in mundum vos dicitis: Qui blaſphemas, quia dixi, Filius Dei ſum.* Patet arbitror Iudaeos nomine Filii Dei, verum Deum intellexiſſe, adeoque blaſphemum Ieſum adpellaſſe. Luculentius vero ſe Deo aequalem fecit quum Philippo dixit *Ioannis* XIV. 9. *Philippe, qui videt me, videt & Patrem.* Quare iam nullus reſtat ambigendi locus, quin Apoſtoli Chriſtum verum Deum adgnoſcerent, unde Thomas *Ioannis* XX. 28. ei dixit: *Dominus meus, & Deus meus.*

Quum autem id crederent Apoſtoli, non idem exiſtimarunt eſſe dicere *Chriſtum*, & dicere *Filium Dei.*

ἕλληνας ἐναντιούμενος. καὶ πολυτείαν ἢ πολυχυριότητα κατὰ τὸ φαινόμενον εἰσάγων. διὸ θεὸν

Deum patrem, & Filium Dominum dicat. Adfirmaverat enim unum Deum esse

Dei. Et quidem, aliquid amplius denotat *Filius Dei*, quam *Messias*. Hinc saepe quum *Christum* illum dixissent, *Filium* etiam *Dei* esse adfirmaverunt. Si autem *Filius Dei* amplius quidquam quam *Christus* non importabat, ridicula etiam nominis non necessarii repetitio apud Apostolos fuisset. En *Ioannis* XX. 31. *Haec autem scripta sunt, ut credatis quia Iesus est Christus filius Dei*. VI. vero 70. dicit Iesu Petrus: *Et nos credidimus, & cognovimus, quia tu es Christus filius Dei*. Sic idem Petrus apud *Matthaeum* XVI. 16. in confessione πολυθρυλήτῳ: *Tu es Christus Filius Dei vivi*. Sic *Ioann.* XI. 27. Martha ait: *Vtique, Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti*. Sic *Actor.* VIII. 37. Eunuchus ait Philippo: *Credo filium Dei esse Iesum Christum*. Alia autem non tantum significatione, sed animi dispositione, accepisse Iudaeos nomen *Messiam* seu *Christum*, & adpellationem *Filium Dei*, ex eo liquet, quod quum Iesus se *Filium Dei* dixit, semper blasphemum illum existimarunt, quod se Deum faceret, id quod ex *Matth.* XXVI. 63. 65. etiam liquet, praeter loca superius adlegata; quum vero *Christum*, & *Messiam*, & *Prophetam*, *qui venturus erat*, se esse adfirmavit, numquam illum blasphemiae reum egerunt. Constat id luculente ex *Matth. Cap.* XI. 3. Ioann. IV. 26. *& seqq.* IX. 35. *& seqq. Lucae* XXIII 2. ubi perspicue: *Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, & prohibentem tributa*

da-

θεὸν εἰπὼν τὸν πατέρα, κύριον εἶπεν τὸν υἱόν, τῇ ὑπιότητι συγκαταβαίνων τῶν ἑλλήνων

se apud nos. Promiserat enim apud nos unum esse Deum. Si igitur dixisset & Patrem

dare Caesari, & dicentem se Christum Regem esse. Quamquam ut Messiam quoque eum adgnoscere nolebant, ut patet, & e Synagoga eiicere volebant eum, qui Christum illum esse confiteretur, *Ioann.* IX. 22. Sed & hanc inter *Messiam*, & *Filium Dei* distinctionem confirmarunt Iudaei, qui illudentes dixerunt, *Matth. Cap.* XXVII. 42. *Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in Deo liberet nunc, si vult eum. Dixit enim, Quia Filius Dei sum.*

Itaque ostensum est apud Iudaeos aliud intellectum esse *Christi* nomine, aliud *Filii Dei*; quum insuper Messiam Deum non fore passim crederent, sed Regem Israel, *Filium* autem *Dei* Deum adgnoscerent. Ecce *Matth.* XXII. 42. Iesus interrogavit Pharisaeos, dicens, *Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei David.* Igitur qui Messiam dicebat, Deum consequenter non intelligebat; quamquam qui *Filium Dei* proferebat, & Deum & Messiam simul intelligere poterat. Hinc liquet tam apud Iudaeos, quam apud Apostolos qui *filium Dei* dicebat, aliquid amplius dixisse, quam si simpliciter Iesum *Messiam*, seu *Christum* adpellasset.

Constat iam Apostolos, quum homines ad Christi fidem conversos baptissarent ab eis exegisse ut crederent in Iesum Christum Filium Dei. Non igitur verum est quod *Lekius* pertendit, nihil amplius requisivisse, quam ut crederent Iesum esse *Messiam*. Ecce *Actor. Cap.* VIII. *Et ait Eunuchus; Ecce aqua,*

quid

νων. ἀποδέδειχται γὰρ ἀδιαφόρως τοῖς τοιαύτοις ὀνόμασι κεχρημένην τὴν γραφήν. αὐτὸ γὰρ

trem & Filium, Deum vel Dominum, iterum inveniretur in domestica promissione

O 5 ne

quid prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet: Et respondens ait: Credo Filium Dei esse Iesum Christum. Hic non tantum credidit Iesum esse Christum, sed etiam Filium Dei. Insuper eos, qui crediturі erant, Apostoli non tantum Iesum esse Christum docebant, sed multis aliis etiam Christianae religionis capitibus eos praecedenter erudiebant; non igitur exigebant hoc unum, credere scilicet Iesum esse Christum. Liquet id ex Apostolorum concionibus. En *Actor. Cap.* II. Petrus non tantum dicit Iesum virum adprobatum a Deo, & Christum, sed resurrexisse a mortuis etiam adfirmat, & alia huiusmodi adnunciat, quae divinus Historicus non exprimit, sed solum ait: *Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos.* Deinde subdit: *Qui ergo receperunt sermonem eius, baptisati sunt.* Sic Philippus *Act. Cap.* VIII. multa prius Eunucho de Iesu ex Prophetis enarrat, ac deinde baptisat. Petrus item *Act. Cap.* X. & Christum praedicat, & omnium Dominum esse pronunciat, & eius resurrectionem adstruit, & de Spiritu Sancto loquitur, & multis aliis erudit, ac deinde tradit *Lucas: Et iussit eos baptizari.* Sic *Act. Cap.* XIII. Paulus Iudaeis Antiochiae concionans instruit eos ostendens Iesum esse Salvatorem Israel; Ioannem ei praecucurrisse; a mortuis resurrexisse; filiumque esse Dei, & in eo quicumque credit iustificari. Paria reperiuntur *Cap.* XVII. Quare non video

exi-

γὰρ αἰτία. πᾶσι τοῖς οὖσι τὸ γὰρ ἐξ οὗ τὰ πάντα, τὴν δημιουργίαν σημαίνει καὶ τὴν ἐκ

ne quoad Graecos adverſari, & Deorum, vel Dominorũ multitudinem ſecundum id

exilem & tenuem illam monogrammamque doctrinam ac fidem a credentibus initio eſse exactam, credere ſcilicet tantum *Ieſum eſſe Chriſtum*.

Et recte id quidem fecerunt Apoſtoli. Nam Ieſus, quum eos ad praedicandum Evangelium miſiſset, non id tantum ut docerent praeceperat, ſed quaecumque omnia ipſe fecerat & docuerat. *Matth.* XXVIII. 19. 20. *Euntes ergo docete omnes gentes baptizante, eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, docentes eos ſervare omnia quaecumque mandavi vobis.* Vbi quis non videat inſuper abſurditatem, ſi nihil amplius quam credere Ieſum eſſe Chriſtum a baptiſsandis non exigeretur, eos iam non intellecturos nec creditūros illud ipſum in quo baptiſsabantur, quod primum eorum auribus inſonabat, nomen ſcilicet Patris, & Filii, & Spiritus Sancti?

Quod ſi ex eo inferre lubet ad nihil amplius credendum obligari initio Chriſtianum, quod interdum in divinis libris occurrat, vel Ieſum docuiſſe tantum ſe eſſe Chriſtum, vel Apoſtolos non aliud ab auditoribus requiſiviſſe, quod facit *Lokius Part.* I. *Cap.* IV. & V. Id demum ludere eſse quis non videat? quum id contingat, vel quod non ſemper divini hiſtorici omnia late & integre quaecumque dicta ſunt, aut geſta, retulerint; vel quia quod uno in loco tacitum eſt, in alio fuit expreſsum; vel quia denique unuſquiſque ſimiliter ſuo ingenio & acumine abuti poſſet, & ſimilia etiam ſubtilius excu-

de-

ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγόν. τὴν τῆς πίστεως ἡμῶν καὶ οἰκειώσεως λέγει τρόπην.

id quod adparet inducere. Propterea quum Patrem Deum dixisset, Filium Dominum. O 6 mi-

dere. Et quidem multa saepe omisisse divinos Scriptores, ea intelligenda ex aliis locis relinquentes patet ex *Act. Cap.* II. 40. *Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos &c.* & *Cap.* VIII. 35. *Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens a scriptura ista, evangelizavit illi Iesum.* Ecce quomodo *Lucas* innuit hic Philippum evangelizasse Iesum, quae autem dixerit Prophetam enarrans non tradit. Sic *Lucas* idem *Cap.* XXIV. duobus discipulis Emmauntem proficiscentibus scripturas de Christo Iesum ediserusse ait, quibus autem verbis & quomodo, non tradit: *Et incipiens a Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis ex omnibus scripturis quae de ipso erant.* Immo ipso *Ioannis Capite* IV. quod exemplum veluti insigne *Lokius* adfert, ait Evangelista Iesum duos dies apud Samaritanos mansisse, multoque plures in eum credidisse *propter sermonem eius.* Qualis autem fuerit eius sermo non refert, in quo certe multa alia potuit eos docere, quam praedixerat mulieri; quae in eum crediderat, sed nescio an satis adhuc fidelis esset, & si omnia iam intellexerat, quae perfectum Christianum efficere possunt. Nam si credere Iesum esse Christum, facit esse verum Christianum; cur non credam & illos Ephesi discipulos, de quibus *Actor. Cap.* XIX. agitur, veros fuisse, quum & illud crederent; & tamen nec Christi baptismo tincti fuerant, nec an esset Spiritus Sanctus perceperant. Non tamen

id

πην. οἷον εἰς αὐτὴν ἐσ- minum dixit, Inſi-
μεν ἠρτήμενοι. ἄλλοι- pientiae Graecorum
ος πατήρ. διὰ τοῦτο condeſcendens. Oſtē-
ηγὴ ἐπὶ αὐτοῦ ὁ εἰς ſum enim eſt indif-
δί- fe-

id ſatis viſum Paulo, & baptiſmo Ieſu eos luſtravit, & Spiritum Sanctum non tam docuit, quam, ut ita dicam, infudi fecit.

Loca autem Scripturarum obſcuriora aut breviora alicubi, ex aliis clarioribus & prolixioribus illuſtrari ac ſuppleri debere, non tam inter rerum divinarum peritos conſtat, quam inter eos omnes qui ſenſu communi praediti ſunt; quum idem etiam in profanis Scriptoribus ediſſerendis obtineat. Nos igitur iam pluribus ſuperius oſtendimus alia pluria ab Apoſtolis tradita & praedicata fuiſſe crediturus, quam ſterile illud, & nudum, *Ieſum eſſe Meſſiam*. Ergo ii loci, in quibus id unum traditur, ex aliis convenienter ſupplendi ſunt, quum vero abſimile ſit modo una, modo alia, ratione ab Apoſtolis fidem adnunciatam fuiſſe. Quod ſi quis adhuc id praefracte pertenderet, tunc ego ludens adfirmare non dubitaverim, ne illud quidem neceſsarium eſse ut quis initio verus Chriſtianus ſit.

Nam ſi ex eo quod interdum in Scripturis offenditur, Ieſum ſcilicet eſse Chriſtum tantum praedicatum fuiſſe, legitimum conſectarium exſiſtit, id unum ſufficere ut quis bonus Chriſtianus evadat; eadem ratione ipſe contendero, ut verus Chriſtianus quis ſit ſufficere ut credat in Ieſum. Nam ſaepe in Scripturis occurrit id unum a baptizandis fuiſſe exactum. Ecce *Cap.* XVI. Paulus & Silas dicunt: *Crede in dominum Ieſum, & ſalvus eris tu, & domus tua. Cap.*

ἁπλῶς λόγος τῶτε ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι	ferenter iſtiuſmodi nominibus Scripturã eſſe

autem XIX. Paulus dixit: *Ioannes baptizavit baptiſmo poenitentiae populum, dicens: in eum, qui venturus eſſet poſt ipſum ut crederent, hoc eſt, in Ieſum.* Sic Ieſus ipſe *Act. Cap.* IX. nil aliud dixit Paulo quaerenti quis eſſet, quam, *Ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris.* Quod ſi haec tam brevia & conciſa extendenda & explicanda ſunt ſupplendaque ex aliis divinae hiſtoriae locis magna ex parte ſuperius adductis, ut idem *Lokius* non diffiteatur; cur ipſe quoque non dicam ſupplenda & amplianda ex aliis Scripturae teſtimoniis, quae *Lokius* in ſuae opinionis confirmationem producit? Sed ecce magnum huius rei documentum ex *Actor. Cap.* VIII. nunc adfero. Philippus Eunucho incipiens a ſcriptura Eſaiae *evangelizat Ieſum.* Si alia deinde *Lucas* minime narraſſet, ſed tantum credidiſſe eunuchum & baptizatum fuiſſe dixiſſet, Lokiana methodo quis deducere potuiſset, Ergo ut quis Chriſtianus ſit, in Ieſum credere ſufficit. At hic non ſubſtitit *Lucas* & progrediens qualem fidem habuerit Eunuchus exponit. Dicit enim Eunuchus: *Credo Filium Dei eſſe Ieſum Chriſtum.* Et ecce ut brevia & manca redintegrari & explicari debent; ita ut haec eadem profeſſio Eunuchi ſuppleatur, & credamus credidiſſe Ieſum etiam reſurrexiſſe, & a dextris Dei ſedere, in unitate Spiritus Sancti, quae omnia ex Apoſtolorum concionibus & inſtructionibus, quas ſuperius produximus, ſupplenda ſunt.

Nihil hic ex Pauli aliorumque Apoſtolorum Epiſtolis produximus, quandoquidem vidimus eas non

ναι ἐλθεῖν, καὶ τῷ ἐκ τῆς πλάνης εἰς τὴν ἀλη-

esse usam. Id enim causa omnibus his qui sunt

morari *Lokium*, & fundamenta fidei esse quae in illis docentur omnia non credere, suis exsibilandis ratiocinationibus confisum. Quasi & illae Epistolae tamquam Evangelicae historiae pars considerari non valeant, sed alia via ac ratione scripta. Neque video cur sententiis & documentis Petri & Pauli a *Luca* in *Actis* relatis credere debeam, eaque fundamenta fidei existimare; ab ipsis autem auctoribus & doctoribus scripta elevare ac contemnere; & adscititia quaedam & minus necessaria reputare. Sed inquit, ergo ad quos scribebat Paulus, aut Petrus, non erant veri Christiani. Quid si concesserim? Sed eos vocant sanctos, electos, vocatos a Deo. Quid si non simpliciter & absolute id pronuntiarunt? Credere potuerunt ex parte, atque ex hac dispositione, qua etiam reliqua amplexuri erant, dici sancti, & electi, licet quaedam iis deessent; dici vocati a Deo. Nonne exemplum superius attulimus ex *Cap.* XIX. *Actorum Apostolicorum?* Insuper ut ita dicerentur sufficiebat ut quidam tales essent, licet alii plerique imperfectiores exsisterent; ex praestantiore enim parte reliqui denominantur. Insuper sanctitati tam obficit fidei imperfectio, quam morum pravitas. Non multum probi, & modesti, & casti fuerant quidem Corinthii. Sufficit Pauli Epistolam I. ad eos scriptam evolvere. Et tamen eis scribens ita Epistolam exorditur: *Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater, Ecclesiae Dei, quae est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis &c.* Quorsum igitur Lokiani paralogismi, & ludificationes?

λθείαν ἐπιστρέψαι. οὐ πάντες εἴσασί φησιν, ὅτι εἷς θεός ἐστι καὶ εἷς κύριος καὶ οὐ πολλοί. οὐδὲ πάντες ἴσασιν ὅτι τὰ εἰδωλα οὐδέν εἰσι· οὐκ ἀποκαλύπτει αὐτοὺς, ἵνα μὴ ἀναίσχυντο. ἑτέρους ποιήσῃ. ὅρας ὅτι οὐ πάντες ἴσασιν ὅτι οὐδὲν τὰ εἰδωλα; ἀμέλει ἕως ἄρτι τινὲς τουτέστι καὶ μετὰ τὸ πιστεῦσαι τὰ εἰδωλόθυτα ὡς εἰδωλόθυτα ἐσθίουσιν. τουτέστι μετὰ τῆς γνωμῆς, μεθ' ἧς καὶ οἱ ἕλληνες. ὡς ἡγούμενοι εἶναι τὰ εἴδωλα. ἐπεὶ οὖν ἀσθενῆ καὶ σαθρὰν ἔχουσι τὴν συνείδησιν, μολύνονται ἐσθίοντες· εἰ δὲ μὴ ἐμολύνοντο ὅτι μηδέ ἐστι τὸ ὅλως τὰ εἴδωλα.

sunt. Illud enim ex quo omnia, creationem significat, & id quod a non esse adesse adducat. Fidei nostrae & famulatus conversionem dicit; velut in ipsam quidem perfecti. Alienus pater. Propterea & de ipso duplex sermo & qua ex non esse adesse venerit, & qua ex errore in veritatem conversus fuerit. Non omnes sciunt, inquit, unum Deum esse, & unum Dominum, & non multos; neque omnes sciunt idola nihil esse. Non revelat ipsos, ne confundantur. Alterosfaciat. Vides non omnes scire Idola nihil esse? videlicet huc usque quidam, hoc est, & postquam crediderũt, quae Idolis immolata fuerunt, tamquam idolis immolata manducant, hoc est, cum ea sen-

ſententia, cum qua & Graeci, ut opinantes eſſe Idola. Quoniam igitur infirmam, & putrem habent conſcientiam, comedentes contaminantur. Si vero non contaminabantur, ex eo evenit quia omnino Idola non ſunt.

Βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ θεῷ· οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν· οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα. βλέπετε δὲ μή πως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη προσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν. ἐάν γάρ τις ἴδησε τὸν ἔχοντα γνῶσιν, ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενὴς ὄντος οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν; καὶ ἀπολεῖται ὁ ἀσθενῶν ἀδελφός ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει, δι' ὃν χριστὸς ἀπέθανεν; οὕτω δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφούς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς χριστὸν ἁμαρτάνετε. διόπερ εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω.

ESca autem nos non commendat Deo. Neque enim ſi manducaverimus, abundabimus: neque ſi non manducaverimus, deficiemus. Videte autem ne forte haec licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum, qui habet ſcientiam in idolio recumbentem: nonne conſcientia eius, quum ſit infirma, aedificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus in tua ſcientia, frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem meum ſcandalizem.

Ἵνα μὴ οἶα εἰκὸς εἴπωσιν, ἐγὼ καθαρᾷ συνειδήσει ἐσθίω. καὶ τί μοι μέλλοι εἴτις δὶ ἀσθενείαν σκανδάλίζεται. δείκνυσιν ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ φαγεῖν ὡς ἐπὶ καταφρονήσει τῶν εἰδώλων οὐδὲν γενναῖόν ἐσιν. κἂν γὰρ μὴ ἠδίκητό φησιν ὁ ἀδελφὸς ἀσθενὴς ὢν, οὐδὲ οὕτως τί τῶν ἐπαινεμένων ἐποίεις, ἢ τῶν εἰς βασιλείαν ἀγαγεῖν δυναμένων· τί γάρ ἐσι φαγεῖν καὶ μὴ φαγεῖν. τουτέσιν εὐδοκειμοῦμεν παρὰ θεῷ ὡς μέγα τι πεποιηκότες καὶ περισσεύομεν ἐν ἐπαίνοις. ἐφοβεῖτο ὁ λόγος. οὐκ εἶπεν ἡ γνῶσις, ἢ ἡ τελειότης. ἀλλ' ἡ ἐξουσία. ὅπερ προπετείας ἐσὶ καὶ ἀλαζονείας μᾶλλον. πρόσκομμα, τουτέσι σκάνδαλον, καταστροφή. εἰπὼν δὲ τοῖς ἀσθενοῦσιν, αἰτιᾶται αὐτοὺς ὅτι

NE forte dicant, Ego munda cõscientia comedo. Et quid mea intereſt, ſi quis per infirmitatem ſcandalizatur? Oſtendit quid & ipsũ comedere in Idolorũ contemtum nihil eſt generoſum. Etſi enim iniuria non adficiatur, inquit, frater qui eſt infirmus; neque ita aliquid eorum quae laudantur, facis, vel eorum quae in regnum adducere valent. Quid enim eſt comedere & non comedere? Hoc eſt adprobamur a Deo ut ii qui magnum aliquid fecerimus, & abundamus in laudibus. Timebatur ſermo. Non dixit ſcientia, vel perfectio, ſed licentia quod temeritatis eſt & adrogantiae magis. Offẽdiculũ, hoc eſt, ſcandalum, ever-

ὅτι οὐδὲ τῶν ἀσθενούντων φείδονται ἀδελφῶν. οἷον ἐδεῖ καὶ χεῖρα ὀρέγειν τὸν ὡς λέγεις τέλειον ὄντα. οὐκ ἄρα φησὶν ἀφορμὴν λάβῃ ἐσθίειν τὰ εἰδωλόθυτα, καὶ λογισθεῖναί τι τὰ εἴδωλα. εἰπὼν δὲ οἰκοδομηθήσεται δείκνυσιν ὅτι ἐπὶ πλεῖον αὐτοῦ ἡ ἀσθένεια αὐξηθήσεται, καὶ γενήσεται πρόφασις ἡ σὴ τελειότης ἑτέρου ἀπολείας. καὶ ὁ χριστὸς μέν φησιν οὐδὲ ἀποθανεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ παρητήσατο. σὺ δὲ οὐδὲ ἄχρι βρωμάτων ἀποχῆς συγκαταβαίνεις ἵνα μὴ σκανδαλίζηται· οὐκ εἶπεν σκανδαλίζοντες, ἀλλὰ τὸ ὠμότερον τύπτοντες. τί γὰρ ὠμότερον τοῦ τύπτοντος τὸν ἀσθενῆ; πῶς εἰς χριστόν; ὅτι τὰ τῶν οἰκετῶν ὁ δεσπότης οἰκειοποιεῖται· καὶ ὅτι εἰς σῶμα αὐτοῦ τελοῦσιν

eversio. Inquiens vero infirmis, accusat eos quod fratribus infirmis non parcant, quando oportebat & manum porrigere eũ qui ut ais perfectus est. Ne igitur ſiquit occasionẽ ſumat comedẽdi idol. sĩmolata, & putãdi idola eſſe aliquid. Quũ dixerit vero aedificabitur, oſtendit amplius eius infirmitatem auctum iri, & factum iri praetextũ tuam perfectionem alterius perditionis. Et Chriſtus quidem, dicit, neque mori pro ipſo deprecatus eſt. Tu autem neque, inquit, ad ciborum abſtinentiam condeſcẽdis, ne ſcandalizetur. Non dixit ſcandalizantes, ſed quod crudelius eſt, verberantes. Quid enim crudelius eo, qui verberat infirmum? Quo-

σιν modo

σιν οἱ πλητγόμενοι. ἢ ὁ ἐκεῖνος διὰ τῆς οἰκείας καθώσι σφαγῆς σε διὰ βρώματος καταλύεις. τοῦτο μάλισα ἀρίσου διδασκάλου τὸ ἐξ ἑαυτοῦ παιδεύειν ὑμᾶς φησι. οὐ δὲ εἰδωλοθύτων, τῶν δὲ ἄλλως ἀπηγορευμένων φείδεσθαι ὑπὲρ τοῦ μὴ σκανδαλίσαι ἀδελφόν. ἐγὼ δὲ τί λέγω εἰδωλοθύτων; οὐδὲ ἄλλου ἂν ἅψαι μὴ κρέας, εἰ ἐκ τούτου σκανδαλίζεταί τις. ἡ δὲ παραίτησίς μου ἐςὶν αἰωνία ἐπειδὴ εἰπῶς τὸ βρῶμα σκανδαλίζεται ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέας εἰς τὸν αἰῶνα. μή τις νομίσῃ ὅτι φιλοτιμία ῥημάτων αὕτη. οὐκ ἂν γὰρ ἢ ἔργῳ ταῦτα ἐπλήρωσε. ἀναγκάζεται λοιπὸν δεῖξαι πῶς ἢ τὸ συγκεχωρημένου ἀπέχετο ὑπὲρ τοῦ μὴ σκανδαλίσαι τινά. τί γὰρ λέγω φη-

modo in Chriſtum? quia ea quae ad ſervos pertinent ſua facit; & quia in corpus eius finiunt, qui percutiuntur. Et ille veluti per domeſticam caedem tuã * per cibum diſſolvis. Hoc Magiſtri maxime optimi ex ſe ipſo erudire vos, inquit. Non vero ab Idolo mactatis ſed aliter etiam prohibitis abſtinere, ne ſcandalizemus fratrem. Ego vero quid dico ab Idolo mactatis? Neque aliud utique tangere, neque carnem, ſi ex hoc aliquis ſcandalizatur. Averſio autem mea eſt aeterna; quoniam ſi unquam cibum ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum. Nequis putet eſſe hanc verborum ambitionem,

non

φησὶν περὶ εἰδωλοθύτων, αὐτοῦ τῷ χριστῷ ἐπιτάξαντος τὸν κυρήσοντα ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ἐσθίειν, τουτέστι παρὰ τῶν μαθητευομένων. εἰλόμην εἰ δέοι καὶ λίμον φθαρῆναι καὶ μηδὲν παρ' ἡμῶν λαβεῖν. οὐκ ἐπειδὴ παρέχοντές μοι φησὶ σκανδαλίζεσθε. ἀλλὰ ἵνα πλέον οἰκοδομεῖσθε ὁρῶντές με ἀδάπανον ὄντα ὑμῖν. ὃ φησι καὶ νόμου θείου ἐπιτρέποντος μοι λαμβάνειν διὰ τὴν ὑμῶν οἰκοδομὴν οὐδὲν εἰλόμην λαβεῖν παρ' ὑμῶν. ἀλλὰ ταῖς χερσί μου ἐκοπίων ἐργαζόμενος καὶ ἀποτρεφόμενος· ἵδου τέως ἀπέδειξεν ἀληθεύων, λοιπὸν δὲ καὶ ἄλλα κατασκευάζει. εἰ ἐγὼ φησιν οὕτως, ὑμεῖς δὲ εἰδωλοθύτων ἀπέχεσθε πρὸς τὸ μὴ τοὺς ἀσθενεῖς τῶν ἀδελφῶν σκανδα-

non enim & opere haec perfecit, cogitur deinde oſtendere quomodo etiam a conceſſo abſtinebat ne quem ſcandaliſſaret. Quid enim dico, inquit, de idolothytis; ipſo Chriſto iubente eum qui praedicat ex Evangelio manducare, hoc eſt, ab iis qui diſcunt; elegimus ſi opus fuit, & famem eximere, & nihil a vobis accipere Non quia praebentes mihi, inquit, ſcandalizamini, ſed ut amplius aedificemini, videntes me nullius impenſae cauſam vobis fuiſſe; quod inquit Dei lex mihi ſumere permittit propter aedificationem veſtram, haud elegi accipere a vobis, ſed manibus meis laboravi operans, & inde nutritus ſum.

Non

δαλίζειν, μᾶλλον δὲ ἀπολύειν. πολλῶν δὲ στίχων περιεκτική ἐστιν ἡ ἔννοια τῆς παραγραφῆς ταύτης. εἶτα ἵνα μή λέγωσιν ὅτι εἰ καὶ ἐβούλου λαβεῖν οὐκ ἐξῆν σοι. διὰ τοῦτο οὐδὲ εἴληφας. ἵνα τί φησιν οὐκ ἐξῆν μοι; οἱ ἄλλοι ἀπόστολοι πλέον ἔχουσι τὸ τὸν χριστὸν ἑωρακέναι καὶ συναναστραφῆναι αὐτῷ. ἐπάγει. οὐχὶ ἰησοῦν χριστὸν τὸν κύριον ἡμῶν ἑώρακα; ὥστε μὴ καὶ ἐν τούτῳ ἐλάττονα ἔχειν τῶν λοιπῶν ἀποστόλων, ἔσχατον γάρ φησι πάντων ὥσπερ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί. καίτοι φησὶν ἐξέστι μοι λέγειν ὅτι ἀπὸ ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ ἰλλυρικοῦ πεπλήρωκα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ. ἀλλὰ τέως οὐ λέγει· μὴ κἂν ὑμῶν οὐ γέγονα ἀπόστολος; εἰ γὰρ ἀλλων οὐκ εἰμι, ὑ-

Ecce quatenus oſtendit vera dicens. Ceterum vero & alia adſtruit. Si ego, inquit ita, vos neque ab idolothytis abſtinetis ne fratres infirmos ſcandalizetis, magis vero perdatis? Multos autem verſus comprehendit intelligentia huius paragraphi. Deinde ne dicant, etſi voluiſſes capere, non licebat tibi, propterea neque accepiſti. Cur, inquit, non licebat mihi? Alii Apoſtoli plus habent quod Chriſtum viderint, & cum eo cõverſati fuerint, addit: Nonne Ieſum Dominum noſtrum vidi? ita ut neque in hoc minus habeam quam alii Apoſtoli? Poſtremum enim, inquit, omnium veluti abortivo adparuit etiam mihi. Et ſi, inquit,

ὑμῶν τέως εἰμί. ἀλλ' ὑμῶν οὐδὲν παρ' ὑμῶν εἴληφα. εἰς τοῦτο γὰρ ὁρῶ τὸ ἀποτέλεσμα αὐτῶν. ὅθεν φησίν. ἡ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε. τουτέστιν εἰ βούλεται τις μαθεῖν εἰ εἰμι ἀπόστολος, ὑμᾶς εἰς ἀπόδειξιν προβάλλομαι. πάντα γὰρ τὰ τῆ ἀποστόλου ἐν ὑμῖν ἀπεδείξαμεν, καὶ σημεῖα ποιήσας, καὶ διδάξας τὴν πίστιν, καὶ κύνδινον ὑπομείνας, καὶ βίον ἀνεπίληπτον ἀπόδειξας. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα σφραγίζει, καὶ ἐκτυποῖ, καὶ ἀποδεικνύει ἀπόστολον.

quit, licet mihi dicere, a Ieruſalem & in circuitu uſque ad Illyricum eum impleviſſe Evangelium Chriſti. Sed uſque non dicit. Numquid veſter Apoſtolus non fui? Si enim aliorum non ſum, veſter utique ſum. Sed veſter nihil a vobis cepi. Ad hoc enim video effectum eorum. Vnde inquit. Sigillum Apoſtolatus mei vos eſtis. Hoc eſt ſi vult quis diſcere an ſim Apoſtolus, vos ad demõſtrationem propono. Omnia enim quae ſunt Apoſtoli in vobis oſtendi, & ſigna faciens, & docens fidem, & periculum ſubſtinens, et vitam irreprehenſibilem exhibens. Haec enim & huiuſmodi ſignant, & exprimunt, & demonſtrant, Apoſtolum.

FINIS.

ADmodum Reverendus Pater D. Octavius Ruſtici Ven. Congregationis Caſinenſis Philoſophiae, & Sacrae Theologiae Profeſsor, attente perlegat Librum hunc, cui titulus *Deliciae Eruditorum, ſeu veterum, &c.* & videat ſi quid contineat, quod bonis moribus, & Chriſtianae Fidei adverſetur, ac referat.

Dat. die 1. Maii 1738.

Dominicus de Bardi Vic. Gen.

LIbrum, cui titulus *Deliciae Eruditorum, &c.* ut mihi eſt demandatum, attente perlegi. In eo quod Fidem, aut mores, laederet offendi nihil; plura vero utilia aeque, atque iucunda paſſim inveni: dignum itaque cenſeo, qui typis mandetur, in quorum fidem, &c.

Ex Abbatia Florentina die XII. Octobris

D. Octavius Ruſtici Mon. Caſinenſis in eadem Abbatia Philoſoph. & S. Theolog. Lector.

Attenta ſupradicta relatione imprimatur.

Dominicus de Bardi Vic. Gen.

ναι ἀληθεῖν, καὶ τῷ ἐκ τῆς πλάνης εἰς τὴν ἀλη-

esse usam. Id enim causa omnibus his qui sunt

morari *Lokium*, & fundamenta fidei esse quae in illis docentur omnia non credere, suis exsibilandis ratiocinationibus confisum. Quasi & illae Epistolae tamquam Evangelicae historiae pars considerari non valeant, sed alia via ac ratione scripta. Neque video cur sententiis & documentis Petri & Pauli a *Luca* in *Actis* relatis credere debeam, eaque fundamenta fidei existimare; ab ipsis autem auctoribus & doctoribus scripta elevare ac contemnere; & adscititia quaedam & minus necessaria reputare. Sed inquit, ergo ad quos scribebat Paulus, aut Petrus, non erant veri Christiani. Quid si concesserim? Sed eos vocant sanctos, electos, vocatos a Deo. Quid si non simpliciter & absolute id pronuntiarunt? Credere potuerunt ex parte, atque ex hac dispositione, qua etiam reliqua amplexuri erant, dici sancti, & electi, licet quaedam iis deesent; dici vocati a Deo. Nonne exemplum superius attulimus ex *Cap.* XIX. *Actorum Apostolicorum?* Insuper ut ita dicerentur sufficiebat ut quidam tales esent, licet alii plerique imperfectiores exsisterent; ex praestantiore enim parte reliqui denominantur. Insuper sanctitati tam obficit fidei imperfectio, quam morum pravitas. Non multum probi, & modesti, & casti fuerant quidem Corinthii. Sufficit Pauli Epistolam I. ad eos scriptam evolvere. Et tamen eis scribens ita Epistolam exorditur: *Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater, Ecclesiae Dei, quae est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis &c.* Quorsum igitur Lokiani paralogismi, & ludificationes?

λήθειαν ἐπιστρέψαι. οὐ πάντες εἴσασί φησιν, ὅτι εἷς θεός ἐστι καὶ εἷς κύριος καὶ οὐ πολλοί. οὐδὲ πάντες ἴσασιν ὅτι τὰ εἴδωλα οὐδέν εἰσι· οὐκ ἀποκαλύπτει αὐτοὺς, ἵνα μὴ ἀναίσχυντο. ἑτέρους ποιήσῃ. ὅρας ὅτι οὐ πάντες ἴσασιν ὅτι οὐδὲν τὰ εἴδωλα; ἀμέλει ἕως ἄρτι τινὲς τουτέστι καὶ μετὰ τὸ πιστεῦσαι τὰ εἰδωλόθυτα ὡς εἰδωλόθυτα ἐσθίουσιν. τετέσι μετὰ τῆς γνωμῆς, μεθ' ἧς καὶ οἱ ἕλληνες. ὡς ἡγούμενοι εἶναι τὰ εἴδωλα. ἐπεὶ οὖν ἀσθενῆ καὶ σαθρὰν ἔχουσι τὴν συνείδησιν, μολύνονται ἐσθίοντες· εἰ δὲ μὴ ἐμολύνοντο ὅτι μηδέ ἐστι τὸ ὅλως τὰ εἴδωλα.

sunt. Illud enim ex quo omnia, creationem significat, & id quod a non esse adesse adducat. Fidei nostrae & famulatus conversionem dicit; velut in ipsam quidem perfecti. Alienus pater. Propterea & de ipso duplex sermo & qua ex non esse adesse venerit, & qua ex errore in veritatem conversus fuerit. Non omnes sciunt, inquit, unum Deum esse, & unum Dominum, & non multos; neque omnes sciunt idola nihil esse. Non revelat ipsos, ne confundantur. Alterosfaciat. Vides non omnes scire Idola nihil esse? videlicet huc usque quidam, hoc est, & postquam crediderũt, quae Idolis immolata fuerunt, tamquam idolis immolata manducant, hoc est, cum ea sen-

ſententia, cum qua & Graeci, ut opinantes eſſe Idola. Quoniam igitur infirmam, & putrem habent conſcientiam, comedentes contaminantur. Si vero non contaminabantur, ex eo evenit quia omnino Idola non ſunt.

Βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ θεῷ· οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν· οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα. βλέπετε δὲ μὴ πως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη προσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν. ἐάν γάρ τις ἴδησε τὸν ἔχοντα γνῶσιν, ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενὴς ὄντος οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν; καὶ ἀπολεῖται ὁ ἀσθενῶν ἀδελφός ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει, δι' ὃν χριστὸς ἀπέθανεν; οὕτω δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδολφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς χριστὸν ἁμαρτάνετε. διόπερ εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω.

ESca autem nos non commendat Deo. Neque enim ſi manducaverimus, abundabimus: neque ſi non manducaverimus, deficiemus. Videte autem ne forte haec licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum, qui habet ſcientiam in idolio recumbentem: nonne conſcientia eius, quum ſit infirma, aedificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus in tua ſcientia, frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem meum ſcandalizem.

ΙΝα μὴ οἷα εἰκὸς εἴπωσιν, ἐγὼ καθαρᾷ συνειδήσει ἐσθίω. καὶ τί μοι μέλλοι εἴτις δι' ἀσθένειαν σκανδαλίζεται. δείκνυσιν ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ φαγεῖν ὡς ἐπὶ καταφρονήσει τῶν εἰδώλων οὐδὲν γενναῖόν ἐστιν. κἂν γὰρ μὴ ἠδίκητό φησιν ὁ ἀδελφὸς ἀσθενὴς ὢν, οὐδὲ οὕτως τί τῶν ἐπαινουμένων ἐποίεις, ἢ τῶν εἰς βασιλείαν ἀγαγεῖν δυναμένων· τί γάρ ἐστι φαγεῖν καὶ μὴ φαγεῖν. τουτέστιν εὐδοκειμοῦμεν παρὰ θεῷ ὡς μέγα τι πεποιηκότες. καὶ περισσεύομεν ἐν ἐπαίνοις. ἐφοβεῖτο ὁ λόγος. οὐκ εἶπεν ἡ γνῶσις, ἢ ἡ τελειότης. ἀλλ' ἡ ἐξουσία. ὅπερ προπετείας ἐστὶ καὶ ἀλαζονείας μᾶλλον. πρόσκομμα, τουτέστι σκάνδαλον, καταστροφή. εἰπὼν δὲ τοῖς ἀσθενοῦσιν, αἰτιᾶται αὐτοὺς

NE forte dicant, Ego munda cõscientia comedo. Et quid mea intereſt, ſi quis per infirmitatem ſcandalizatur? Oſtendit quid & ipsũ comedere in Idolorũ contemtum nihil eſt generoſum. Etſi enim iniuria non adficiatur, inquit, frater qui eſt infirmus; neque ita aliquid eorum quae laudantur, facis, vel eorum quae in regnum adducere valent. Quid enim eſt comedere & non comedere? Hoc eſt adprobamur a Deo ut ii qui magnum aliquid fecerimus, & abundamus in laudibus. Timebatur ſermo. Non dixit ſcientia, vel perfectio, ſed licentia quod temeritatis eſt & adrogantiae magis. Offẽdiculũ, hoc eſt, ſcandalum,

ὅτι ever-

ὅτι οὐδὲ τῶν ἀσθενούντων φείδονται ἀδελφῶν. οἷον ἐδεῖ καὶ χεῖρα ὀρέγειν τὸν ὡς λέγεις τέλειον ὄντα. οὐκ ἄρα φησὶν ἀφορμὴν λάβῃ ἐσθίειν τὰ εἰδωλόθυτα, καὶ λογισθεῖναί τι τὰ εἴδωλα. εἰπὼν δὲ οἰκοδομηθήσεται δείκνυσιν ὅτι ἐπὶ πλεῖον αὐτοῦ ἡ ἀσθένεια αὐξηθήσεται, καὶ γενήσεται πρόφασις ἡ σὴ τελειότης ἑτέρου ἀπολείας. καὶ ὁ χριστὸς μέν φησιν οὐδὲ ἀποθανεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ παρητήσατο. σὺ δὲ οὐδὲ ἄχρι βρωμάτων ἀποχῆς συγκαταβαίνεις ἵνα μὴ σκανδαλίζηται· οὐκ εἶπεν σκανδαλίζοντες, ἀλλὰ τὸ ὠμότερον τύπτοντες. τί γὰρ ὠμότερον τοῦ τύπτοντος τὸν ἀσθενῆ; πῶς εἰς χριστόν; ὅτι τὰ τῶν οἰκετῶν ὁ δεσπότης οἰκειοποιεῖται· καὶ ὅτι εἰς σῶμα αὐτοῦ τελῶ-

σιν

eversio. Inquiens vero infirmis, accusat eos quod fratribus infirmis non parcant, quando oportebat & manum porrigere eũ qui ut ais perfectus est. Ne igitur ſiquit occasionẽ ſumat comedẽdi idol. sĩmolata, & putãdi idola eſſe aliquid. Quũ dixerit vero aedificabitur, oſtendit amplius eius infirmitatem auctum iri, & factum iri praetextũ tuam perfectionem alterius perditionis. Et Chriſtus quidem, dicit, neque mori pro ipſo deprecatus eſt. Tu autem neque, inquit, ad ciborum abſtinentiam condeſcẽdis, ne ſcandalizetur. Non dixit ſcandalizantes, ſed quod crudelius eſt, verberantes. Quid enim crudelius eo, qui verberat infirmum? Quo-

modo

σιν οἱ πλητγόμενοι. καὶ ὁ ἐκεῖνος διὰ τῆς οἰκείας καθῶσι σφαγῆς σε διὰ βρώματος καταλύεις. τοῦτο μάλιστα ἀρίστου διδασκάλου τὸ ἐξ ἑαυτοῦ παιδεύειν ὑμᾶς φησι. οὐ δὲ εἰδωλοθύτων, τῶν δὲ ἄλλως ἀπηγορευμένων φείδεσθαι ὑπὲρ τοῦ μὴ σκανδαλίσαι ἀδελφόν. ἐγὼ δὲ τί λέγω εἰδωλοθύτων; οὐδὲ ἄλλου ἂν ἅψαι μὴ κρέας, εἰ ἐκ τούτου σκανδαλίζεταί τις. ἡ δὲ παραίτησίς μου ἐστὶν αἰωνία ἐπειδὴ εἰπῶς τὸ βρῶμα σκανδαλίζεται ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέας εἰς τὸν αἰῶνα. μή τις νομίσῃ ὅτι φιλοτιμία ῥημάτων αὕτη. οὐκ ἂν γὰρ καὶ ἔργῳ ταῦτα ἐπλήρωσε. ἀναγκάζεται λοιπὸν δεῖξαι πῶς καὶ τῷ συγκεχωρημένου ἀπέχετο ὑπὲρ τοῦ μὴ σκανδαλίσαι τινά. τί γὰρ λέγω φη-

modo in Chriſtum? quia ea quae ad ſervos pertinent ſua facit; & quia in corpus eius finiunt, qui percutiuntur. Et ille veluti per domeſticam caedem tuã * per cibum diſſolvis. Hoc Magiſtri maxime optimi ex ſe ipſo erudire vos, inquit. Non vero ab Idolo mactatis ſed aliter etiam prohibitis abſtinere, ne ſcandalizemus fratrem. Ego vero quid dico ab Idolo mactatis? Neque aliud utique tangere, neque carnem, ſi ex hoc aliquis ſcandalizatur. Averſio autem mea eſt aeterna; quoniam ſi unquam cibum ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum. Nequis putet eſſe hanc verborum ambitionem,

non

φησὶν περὶ εἰδωλοθύτων, αὐτοῦ τῷ χριστῷ ἐπιτάξαντος τὸν κυρήσοντα ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ἐσθίειν, τουτέστι παρὰ τῶν μαθητευομένων. εἰλόμην εἰ δέοι καὶ λίμου φθαρῆναι καὶ μηδὲν παρ' ἡμῶν λαβεῖν. οὐκ ἐπειδὴ παρέχοντές μοι φησὶ σκανδαλίζεσθε. ἀλλὰ ἵνα πλέον οἰκοδομεῖσθε ὁρῶντές με ἀδάπανον ὄντα ὑμῖν. ὅ φησι καὶ νόμου θείου ἐπιτρέποντος μοι λαμβάνειν διὰ τὴν ὑμῶν οἰκοδομὴν. οὐδὲν εἰλόμην λαβεῖν παρ' ὑμῶν. ἀλλὰ ταῖς χερσί μου ἐκόπιων ἐργαζόμενος καὶ ἀποτρεφόμενος· ἵδου τέως ἀπέδειξεν ἀληθεύων, λοιπὸν δὲ καὶ ἄλλα κατασκευάζει. εἰ ἐγώ φησιν οὕτως, ὑμεῖς δὲ εἰδωλοθύτων ἀπέχεσθε· πρὸς τὸ μὴ τοὺς ἀσθενεῖς τῶν ἀδελφῶν σκανδα-

non enim & opere haec perfecit, cogitur deinde oſtendere quomodo etiam a conceſſo abſtinebat ne quem ſcandaliſſaret. Quid enim dico, inquit, de idolothytis, ipſo Chriſto iubente eum qui praedicat ex Evangelio manducare, hoc eſt, ab iis qui diſcunt; elegimus ſi opus fuit, & famem eximere, & nihil a vobis accipere Non quia praebentes mihi, inquit, ſcandalizamini, ſed ut amplius aedificemini, videntes me nullius impenſae cauſam vobis fuiſſe; quod inquit Dei lex mihi ſumere permittit propter aedificationem veſtram, haud elegi accipere a vobis, ſed manibus meis laboravi operans, & inde nutritus ſum.

Non

δαλίζειν, μᾶλλον δὲ ἀπολύειν. πολλῶν δὲ στίχων περιεκτική ἐστιν ἡ ἔννοια τῆς παραγραφῆς ταύτης. εἶτα ἵνα μή λέγωσιν ὅτι εἰ καὶ ἐβούλου λαβεῖν οὐκ ἐξὴν σοι. διὰ τοῦτο οὐδὲ εἴληφας. ἵνα τί φησιν οὐκ ἐξὴν μοι; οἱ ἄλλοι ἀπόστολοι πλέον ἔχουσι τὸ τὸν χριστὸν ἑωρακέναι καὶ συναναστραφῆναι αὐτῷ. ἐπάγει. οὐχὶ Ἰησοῦν χριστὸν τὸν κύριον ἡμῶν ἑώρακα; ὥστε μὴ καὶ ἐν τούτῳ ἐλάττονα ἔχειν τῶν λοιπῶν ἀποστόλων, ἔχατον γάρ φησι πάντων ὥσπερ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί. καίτοι φησὶν ἐξέστι μοι λέγειν ὅτι ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπλήρωκα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ. ἀλλὰ τέως οὐ λέγει· μὴ κἂν ὑμῶν οὐ γέγονα ἀπόστολος; εἰ γὰρ ἀλλων οὐκ εἰμι, ὑ-

Ecce quatenus oſtendit vera dicens. Ceterum vero & alia adſtruit. Si ego, inquit ita, vos neque ab idolothytis abſtinetis ne fratres infirmos ſcandalizetis, magis vero perdatis? Multos autem verſus comprehendit intelligentia huius paragraphi. Deinde ne dicant, etſi voluiſſes capere, non licebat tibi, propterea neque accepiſti. Cur, inquit, non licebat mihi? Alii Apoſtoli plus habent quod Chriſtum viderint, & cum eo cõverſati fuerint, addit: Nonne Ieſum Dominum noſtrum vidi? ita ut neque in hoc minus habeam quam alii Apoſtoli? Poſtremum enim, inquit, omnium veluti abortivo adparuit etiam mihi. Et ſi, inquit,

ὑμῶν τέως εἰμί. ἀλλ' ὑμῶν οὐδὲν παρ' ὑμῶν εἴληφα. εἰς τοῦτο γὰρ ὁρῶ τὸ ἀποτέλεσμα αὐτῶν. ὅθεν φησίν. ἡ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε. τουτέστιν εἰ βούλεταί τις μαθεῖν εἰ εἰμι ἀπόστολος, ὑμᾶς εἰς ἀπόδειξιν προβάλλομαι. πάντα γὰρ τὰ τῆ ἀποστόλου ἐν ὑμῖν ἀπεδείξαμεν, καὶ σημεῖα ποιήσας, καὶ διδάξας τὴν πίστιν, καὶ κύνδινον ὑπομείνας, καὶ βίον ἀνεπίληπτον ἀπόδειξας. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοι αῦτα σφραγίζει, καὶ ἐκτυποῖ, καὶ ἀποδεικνύει ἀπόστολον.

quit, licet mihi dicere, a Ieruſalem & in circuitu uſque ad Illyricum eum impleviſſe Evangelium Chriſti. Sed uſque non dicit. Numquid veſter Apoſtolus non fui? Si enim aliorum non ſum, veſter utique ſum. Sed veſter nihil a vobis cepi. Ad hoc enim video effectum eorum. Vnde inquit. Sigillum Apoſtolatus mei vos eſtis. Hoc eſt ſi vult quis diſcere an ſim Apoſtolus, vos ad demõſtrationem propono. Omnia enim quae ſunt Apoſtoli in vobis oſtendi, & ſigna faciens, & docens fidem, & periculum ſubſtinens, et vitam irreprehenſibilem exhibens. Haec enim & huiuſmodi ſignant, & exprimunt, & demonſtrant, Apoſtolum.

FINIS.

Ad-

ADmodum Reverendus Pater D. Octavius Ruſtici Ven. Congregationis Caſinenſis Philoſophiae, & Sacrae Theologiae Profeſſor, attente perlegat Librum hunc, cui titulus *Deliciae Eruditorum, ſeu veterum, &c.* & videat ſi quid contineat, quod bonis moribus, & Chriſtianae Fidei adverſetur, ac referat.

Dat. die 1. Maii 1738.

Dominicus de Bardi Vic. Gen.

LIbrum, cui titulus *Deliciae Eruditorum, &c.* ut mihi eſt demandatum, attente perlegi. In eo quod Fidem, aut mores, laederet offendi nihil; plura vero utilia aeque, atque iucunda paſſim inveni: dignum itaque cenſeo, qui typis mandetur, in quorum fidem, &c.

Ex Abbatia Florentina die XII. Octobris

D. Octavius Ruſtici Mon. Caſinenſis in eadem Abbatia Philoſoph. & S. Theolog. Lector.

Attenta ſupradicta relatione imprimatur.

Dominicus de Bardi Vic. Gen.

ADmodum Reverendus Pater Theologus Thomas Maria Griſelli Cenſor huius Sanctae Inquiſitionis videat, & referat.

Ex AEdibus S. Officii Florentiae

Fr. Franciſcus Antonius Benoffi Min. Conv. Vic. Gen. S. Off. Florentiae.

IVſſu Reverendiſs. Patris Pauli Antonii Ambrogii Generalis Inquiſitoris attentè perlegi Librum, qui inſcribitur *Deliciae Eruditorum*, *&c.* ipſumque dignum cenſeo, qui publica luce donetur.

Datum Florentiae in Collegio D. Marci Ordinis Praedicatorum

Fr. Thomas M. Griſelli in ſuprad. Collegio Sac. Theolog. Lector, & Cenſor pro S. Inquiſ.

Attenta ſupradicta relatione imprimatur.

Fr. Franciſcus Antonius Benoffi Min. Conv. Vic. Gen. S. Offic. Florentiae.

Carolus Ginori pro Reg. Celſ. vidit.

2001898